¶ Cõmeatus in ſingulari tm̃ eſt pro facultate ad tempus a militia ab alioue miniſterio recedendi:quam præbet militi imperator:præpoſituſue inferiori: eundiq quo uelit ad præſcriptum diem reuerſuro. Licet Liuius libro. xxxiii. ait. Magna pars ſine cõmeatibus delabebaẽ. In utroq autem numero pro cibariis ad alimoniam reip. aut exercitus:aut alicuius multitudinis:interdum etiam priuatim. Ci. pro lege Manilia. Iam cõmeatu & priuato & publico prohibenẽ.

¶ Cõmendo te regi.i.cõmitto. cõmendo te apud regem.i.laudo.

¶ Cõmẽtarii oẽs ſũt libri:ſed nõ continuo libri cõmentarii. Nãq ubi res ſunt late diffuſeq explicate & nõ breuius q̃ poterant tractare libri tm̃ ſunt:non cõmentarii:in quibus ad exequẽdam hiſtoriam aliis uidetur ſubieciſſe materiam.

¶ Cõmentarii nomen quid ſignificet tertio declamationum libro Seneca declarat:quum dicit. Sine cõmentario nunq̃ dixit: nec cõmentario contentus erat in quo nudę res ponunẽ. Et Cicero in Bruto. Non eſt oratio: ſed capita rerũ & orationis cõmentarium paulo plenius. Dicẽ aũt cõmentarius & cõmentarium. Cõmentarii & cõmentaria in alia etiam ſignificatione:quæ eſt ut ſentio expoſitio & interpretatio auctorũ. Quidam quoq talia huiuſmodi opera cõmentum uocauerunt ut Nigidius. Donatus. Priſcianus aliiq nõnulli.

¶ Cõmentitia ratio quæ ad tempus cõmenta & excogitata eſt.

¶ Cõmigrare:emigrare:demigrare: ſimilia ſunt huic uerbo migrare qđ eſt domicilium mutare:& alio ſe ad habitandũ conferre relicta priore habitatione. Remigrare autem reuerti in priſtinum domicilium. Tranſmigrare in longinquiorem locum domicilium habitationẽue mutare. Immigrare in domum aliquam habitandi gratia ire. Eapropter homines qui moriunẽ migrare dicuntur. Etenim quę moriunẽ tanq̃ domicilium corporis relinquentes alia ad habitandum dumtaxat anima ſe transferũt. Tũc aũt cũ appoſito rectius q̃ ſine appoſito utemur:ut apud Ciceronem lib. vi. de rep. Anteq̃ ex hac uita migro:& Quintilianus in corpore proiecto. Seu quum ad infernas ſedes anima migrauit. Contraq nequaq̃ milites quum caſtra mouent:aut de ſtatione munitionibuſue diſcedunt migrare dicuntur:utpote ubi domicilium non habuerunt nec in domicilium ſe conferũt. Decedere autem quid ſit, uide in littera. D.

Collis
Iugum
Cliuus
Promõtorium
Colybiſte
colibos
Colybiſtes
Colurnus
comes
Socius
Sodalis
Comis
comitari
Cõmeatus
Cõmẽdo
cõmentarii
cõmentarii nomen
Cõmẽtitia rõ.
commigrare
Emigrare
demigrare
Migrare
Remigrare
Tranſmigrare
Immigrare

Decedere cōmitto

¶ Cōmitto ſequente ut uel ſimili dictione: ſemper in malam partem accipitur. Vnde Cicero ait. Non committas ut dicendum ſit non putaram. Quintilianus quoq;. Nō committam ut illa dubia faciam defenſionis ſollicitudine. Et alibi. Nihil tibi minus cōmittendum q̄ ut ulciſcaris hoc flagitium. Nec recte dicas. Fac cōmittas ut omnes te laudent. aut ſic. Nō cōmiſiſti unquam ut lauderis. propterea ſemper habet ſecum negationem.

Cōmodatari⁹ Legatarius

¶ Commodatarius qui non commodatum accepit: paſſiue enim accipitur ut legatarius qui legatum accipit.

Cōe

¶ Cōmune eſt hoc oībus & oīum. Vel cōmune mihi tecū & cum cæteris.

Cōpo Cōfero

¶ Cōparo hanc rem illi: & cū illo cōfero iſti & cum iſto. Prætera hic nō eſt cum illo cōparādus: melius de minore ad maiorem dr̄: ut Virg. cū Homero. Horatius cum Pindaro non eſt comparandus q̄ e diuerſo. Sic Homerus cum Virgilio. Pindarus cū Horatio nō eſt cōparandus. e diuerſo tn̄ nōnunq̄ reperitur.

Cōparatiui natura

¶ Cōparatiui natura eſt ſuperare in ea qualitate quā obtinet poſitiuus. ut Antiquior te ego ſum. i. maior te natus ſum.

cōparatiuus reſoluit

¶ Comparatiuum reſolui per magis & poſitiuum Priſcianus uoluit. Sed per cætera quoq; reſoluit quæ eundem uſum præſtant: ut fortior plus fortis: uehementius fortis: ualidius fortis: & quæ ſunt eiuſmodi.

Cōparatio inter quot fiat.

¶ Cōparatio fit uel ad unū uel ad plures tam ſui generis q̄ alieni: q̄uis græci honoris cauſa ſuę gentis magis q̄ ratione ueritatis dicunt non poſſe ad multos ſui generis fieri comparationem. Alii autem dicunt hāc eſſe rationem propter quā nō utunť tali cōparatione: ꝙ quum ad plures ſui generis fit cōparatio ſuplatiuo poſſumus uti: ut fortiſſimus græcoꝝ achiles. Sed ſuplatiuus mľto alios excellere ſignificat. Cōparatiuus uero poteſt & paruo ſuperātem demōſtrare. Vnde etiā diminutionum iure accepit apud nos. Maiuſculus: minuſculus. Hæc Priſcianus. A quo tam pro græcis q̄ pro latinis diſſentio. Nam quæro a Priſ. quonam modo græci diſtinguerent ſenſum cōparatiui a ſenſu ſuperlatiui: cum ipſi comparatiuo quoq; genitiuum tribuant niſi hac ratione, ut hoc ad unum: illud referať ad plura. Loquor quotiens comparatio fit ad eos qui ſunt eiuſdem generis. Nam ad eos qui ſunt alieni neceſſario quoq; utuntur genitiuo per comparatiuum cū ablatiuo careant. Cum dico comparationem more Priſciani: tam ſuperlatiui q̄ comparatiui intelligi uolo. At qui apud latinos iſta ambiguitas nō eſt: qui comparatiuo ablatiuum tribuimus. Tamen tanti momenti eſt illa græcorum ratio: ut eā latini ad formam græce conſtructionis imitati ſint: hoc eſt ut cum genitiuo iungerent comparatiuum: utique inter duo. Nam ſuperlatiuum non dubium eſt habere locum inter plura. Vt aiacum fortior fuit Thelamonius. Et manuū melior eſt dextra. ſi uero tres aiaces fuiſſent: diceremus non fortior: ſed fortiſſimus ſicut digitorum longiſſimus non longior medius. Horatius. O maior iuuenum inquit. ad duos enim piſones filios: patremq; ſcribebat Ouidius in pſona Medeæ quæ duos filios habuit. Cum minor e pueris iuſſu ſtudioq; uidendi. Conſtitit ad gemine limina prima foris.

Cōparatiuo q̄uo utē dū ſit.

¶ Comparatiuo utendum eſt ad unū ſui generis ad plures ſuperlatiuo: ita apud nos: ut apud græcos: q etiā ad plures diuerſi gn̄is comparatiuo utunť: uti & nos. Vt aiacum fortior fuit Thelamonius. Ego ſum doctiſſimus romanoꝝ. Et Achilles Troianus fortior fuit. Hæc Lauren. Tu uero in lima leges comparatiuo latinos uſus etiam ad plures ſui generis.

¶ Comparatiuo & ſuperlatiuo iungitur etiam inter & ex. Quint. Qui inter nos: Cōpa/
ut apparet: fortior fuit. Et in geminis: dii prohibeant: ut ex duobus filiis ullior in/ ratiuo
cipiat eſſe periturus. ſic etiam de ſuperlatiuo legitur. & ſup/
¶ Compertum eſt mihi: & exploratum eſt mihi idem eſt: quod ſcio per inueſti/ latiuo q̄
gationem. Similiter cōperi & exploraui: conſtitutū eſt mihi deliberatum eſt mi/ dictio/
hi. Decretum eſt mihi: idem eſt quod apud me cogitando firmatum eſt. Simili nes iun
ter conſtitui & decreui: at non ita deliberaui. poſſum nanq; deliberaſſe: & nihil gunt.
conſtituiſſe. Itaq; differt an dicamus ſenatus deliberauit: an ſenatui deliberatū Cōper
eſt: ideſt decreuit. Exploraui tamen pro inueni fere accipitur: cum exploro idem tū eſt.
eſt ꝙ inquiro ſagaciter. Vnde exploratores.
¶ Complacitus ab actiua uoce: ſicut fluxus uenit: habetq; ſignificationem nec Cōpla
actiuam plane: nec paſſiuam ſicut fluxus. citus.
¶ Complodere eſt aduerſas manus inuicem collidere. Quod fieri pluribus de Cōplo
cauſis ſolet: uel ad teſtificandum more fœminarum dolorem. uel prę gaudio. uel dere
per ſubitam admirationem: uel ſi quæ ſunt aliæ cauſæ. Supplodere eſt pedem Supplo
terræ incutere: quod interdum ſolet in oratore laudari. Explodo non tantum ſi dere.
gnificat elido: ſed elido manibus: & quidem cum ſono pulſantibus. Qualiter Explo/
quempiam e domo e Theatro: ex aliquo concilio iniectione manuum atque dere
pulſatione elicimus. M. Tullius. Hiſtrio ſi paulum ſe moueat extra numerum:
aut ſi uerſus pronūciatus eſt una ſyllaba breuior: aut longior exſibilat̄ & exploditꝰ.
¶ Complura. uide in dictione plura. Cōplu
¶ Compos uoti. uide in potior. ra.
¶ Concio eſt populi multitudo congregata: uel ex magiſtratus iuſſu: uel publici Cōpos
ſacerdotis: uel ſua interdum auctoritate & ſponte ꝓpria ad audiendum oratorē Cōcio
concionantem in bonum publicum: cuius etiam oratio uocatur concio in priore ſi
gnificato eſt græce eccleſia: quam nos pro latina uoce habemus. Multiq; eccleſiā
neſcio quo iure edes ſacras appellant. cum cetum hominum (ſicut dixi) ſignificet
non loca. Hæc Lau. Tu uero uideas limam noſtram.
¶ Cōciliamus amorē nobis alicuius: cōciliamus beniuolētiā. Nō aūt cōciliamus Conci/
gratiā. Rurſus inimus grām: nō aūt inimus amorē aut beniuolētiā. Quāq; oīum liare
ōronum eadē fere ſnīa eſt: ac ſi hoc uerbo uterer cōparo uel cōtraho. Niſi ꝙ īter Inire
grām eſt magis fauorē cōparare q̄ amorem. Recōciliari tn̄ & in grām redire idē
ſunt: quotiens amici īterpoſita aliqua offenſa: quū aliqn̄ fuerūt inimici in priſtinā
redeūt beniuolētiam ac familiaritatē. Sed redire in grām etiam cum inanimatis Recon/
ſolemus. Vnde Cicero de ſenectute. In gratiam cum uoluptate redeamus. Præ/ ciliari
terea conciliamus nobis laudem: famam: ſimiliaq; non autem inimus. Redire
¶ Cōdictio a cōdico naſcit̄: cōditio a condo. Illud rarius eſt: qđ ita Iuſtinianus ī grām
diffinit. Cōdicere eſt denūciare priſca lingua. Nūc uero abuſiue dicimus ꝯditio/ Condi
nē actionē in pſonam: quā actor intēdit ſibi dari oportere. Sed nulla hoc tēpore ctio
eo noīe denūciatio fit. Ergo cōditio eſt uel hæc actio uel illa denūciatio. Cōditio Condi
uero multi his tēporibus male uſurpāt accipiētes pro mētis qualitate: ueluti illud. tio
Hic eſt homo māſuete & bonę ꝯditionis: qđ antiqui dicebāt māſueti & boni inge
nii: nos quoq; māſueti animi māſuetęq; mētis. Homo aūt bonę cōditionis latine
dicitur: ſi ad fortunas referat̄ nō ſi ad mores. Vt eſt uir magnę: paruę: mediocris
cōditionis. i. diues: pauperue: aut inter hos medius. Ego ſum poſitus in hac ꝯdi/
tione: ideſt fortuna ac ſorte. Cicero. O miſerā conditionē adminiſtrādi conſula/

tus. Huic ſignificatio illud pene par eſt. Cum inter plura eligenda ſortis eſt oblata electio. ut apud. M. fab. Oblata eſt a iuuenibus tyranno cōditio: ut dimitteret alteꝝ ad uiſcenda matrē ad diē ꝯſtitutam reuerſuꝝ: ita ut niſi occurriſſet ad diē de quo qui reſtiterat pœna ſumeretur. Dicimus igiť offero conditionē uel fero: pono cōditionē. Nunq̄ fere per aliud uerbum: q̄ cōditio dum placuit: etiam ferre ſemper dicimus. accipio cōditionē. ut apud Teren. Amatores chryſidis tulerunt mulieri conditionem. Ipſa uero accepit conditionē: hoc eſt pactioni ꝓmiſſioniq; aſſenſit.

Conducit ꝓ utile eſt. Decet. Iuuat: & ſi qua ſunt alia: nec perſonalia ſunt plane: nec imperſonalia cū habeant numeros. hę ueſtes decent nos. Iſti cibi iuuāt te. ſtudia ſecreta maxime cōducūt. Explicit explicīūt nunq̄ ꝙ ſciam legi.

Conductitia domus quæ conducta eſt. Nomina enim in titius ſi a ſupinis deſcendunt paſſionem quandam ſignificant: ut ratio fictitia ac commentitia: quę ficta & ad tempus commenta & excitata eſt. Si tamen ab nominibus deſcendūt ſignificant materiam: ut ſtramentitius: lateritius.

Confero me in agrum & ad agrum. Dicimus autem contuli me ad catonem: non autem in catonem: niſi fuerit ſignificatio donationis hoc mō. Multa contuli in catonem: ideſt multa donaui catoni.

Conficio pro perficio & pro eo quod eſt ſauciando trucido. Inde confectores ferarum. Ipſa enim prępoſitio cum in bonam & in malam rem accipi ſolet.

Cōfido pro credo: tū in præterito: tū in præſenti: tū in futuro. In ꝑterito. quoniam probatā ratiōem officii mei uobis eſſe cōfido. In pręſenti. q̄q̄ a cratippo noſtro principe huius memoriæ philoſophorum hæc te aſſidue audire atq; accipe confido. In futuro. Ita fore confidimus. hæc exempla ex cicerone ſunt.

Conflaui ęs alienū: & cōtraxi ęs alienū: idem eſt ꝙ factus ſum debitor alienę pecūiæ. Diſſoluo ęs alienū: idē eſt ꝙ ꝯtraxerā ęris alieni reſtituo & plurib⁹ ſoluo.

Confluens pro loco in quo duo flumina cōueniunt: maſculini generis eſt ſubſtantiuatur enim.

Coniecto: cōiecturo cōiecturā facio: cōiecturam capio: cōiectura cōſequor: cōiectura colligo: cōiectura ducor pro eodem accipiunť: aut parum differunt: quia efficatius quiddā eſt cōiectura conſequor & cōiectura colligo: q̄ in cæteris.

Coniurare & conſpirare fere in malum accipiuntur: quotiens in patriam aut bonum principem cōiuratio fit atq; cōſpiratio. Sed ſi honeſta cauſa id fiat in bonum etiam accipi debent. Nam & Mutius Scæuola ad porſenam regem inquit. Trecenti coniurauimus principes iuuentutis romanæ: ut in te hac uia graſſaremur. Et Cicero ad cęſarē ꝓ ligario: fratrū conſpirationē dixit: quaſi unanimitatē. Veꝝ conſpiratio: ut in hoc ipſo loco nōnunq̄ nemini pernicioſa eſt in neminemq; graſſatur: coniuratio ſemper in alterius perniciem graſſari ſolet.

Conniuere eſt aperire & claudere oculum.

Conſciſcere fere ad mortē pertinet. plerūq; .n. ſic legimus. Mortē ſibiipſe conſciuit. Mortē tibiipſe cōſciſces. Mortē mihi ipſe cōſciſcant. cogam te ad mortē tibi per teipſum cōſciſcendam. Aſciſcere eſt remotum aliquid quaſi ſcite uocatū capere. Deſciſcere eſt ab imperio ſe ductuq; alterius ſubtrahere: ut milites a duce: populi a domino: diſcipuli ab opinione magiſtri quā prius ſequebantur: præſertim ad alterius imperium uel ſententiam ſe transferentes.

Conſeſſus non eſt confeſſio: ſed homines uno in loco conſidentes.

Offero fero uel pono cōditionem
Cōducit ꝓ utile eſt
Decet Iuuat & cæ.
conductitius & alia noia in tius
Confero
Conficio
Perficio
Cū prępoſitio
Confido
Conflaui cōtraxi ęs alienū
Confluens
Coniecto
Coniecturo
Coniecturā facio capio &c.
Coniurare
Cōſpirare

¶ Conſideratus qui agenda conſiderat: non qui conſideratur. Inconſideratus qui agenda non conſiderat: non qui non conſideratur.

¶ Conſolatio & ſolatium idem ſunt: niſi ꝙ conſolatio fit uerbis: ſolatium re. cum conſolari ſit oratione: ſolari uero fere ſemper aliter. Solamen idem eſt quod ſolatium: ſed magis poeticum. Virgilius. Solamenq́ꝫ mali de collo fiſtula pēdet: quo tamen Boetius & quidam alii utuntur.

¶ Conſonans pro lr̃a non uocali fœminini generis eſt ſubſtātiuaꝫ enim.

¶ Conſul qui conſulatum gerit.

¶ Conſularis qui conſulatum geſſit.

¶ Cōſulo te ꝯſiliū peto a te uel interrogo & inq̃ro. conſulo tibi ꝯſilium do tibi uł puideo tibi. Sed hoc frequētius ac magis ꝑprie in rebus: ut cōſule uitæ tuę. Cōſule ualitudini: conſule dignitati: conſule ſaluti: cōſule rebus tuis. In plurali autē numero interdū reperiꝫ ſine appoſito tñ: ut conſultū ſenatores: qđ frequentius dicimus conſultant: ideſt deliberāt. Nōnunq̃ conſultare eſt unius.

¶ Cōſultor fere ꝓ eo qui aliū cōſulit accipi ſolet: nōnunq̃ tñ pro eo qui alii cōſulit. Saluſt. in Iug. Simul ab eo petunt uti fautor cōſultorq́ꝫ ſibi adſit.

¶ Conſultus eſt hō prudēs & ſciens: dignuſq́ꝫ a quo ꝯſilium petas. Inde eſt icōſultus adiectiuū. Quint. O incōſultā muliebrē ſemp amētiam. i. iprudētē: incōſideratā & nullius conſilii. Diciꝫ etiam iuriſcōſultus & iurecōſultus. Et Ouid. lib. primo de arte in ſimplici dixit. Sit tibi credibilis ſermo: ꝯſultaq́ꝫ uerba.

¶ Conſternere eſt corporis. cōſternari aūt animi: quū mens turbata eſt: & de ſtatu mota: & quaſi humi ſtrata. Ideoq́ꝫ ſæpe coniungi animum uidemus: ut cōſternatus animo. Salu. tñ. hiſto. primo inq̄t. Equi ſine rectoribus exterriti aut ſaucii conſternantur: cum ſit uſitatius conſternuntur.

¶ Contēdere & Intendere indifferenter dicimus: uti contētio & intētio. De quibus oībus late in dictione Intendere.

¶ Contentus qui continet quod animo ſatiſfacit: non qui continetur.

¶ Conterraneus qui eiuſdem terræ eſt: hoc eſt territorii. maior enim eſt terra q̃ urbs oppidūue: cuius habitatores uocanꝫ ciues. Plinius tñ Catullum cōterraneū ſuum uocat: uel ꝙ ex dioceſi illa: uel ꝙ ex urbe ſit ueronenſi. Vterq́ꝫ autē dictus eſt ueronenſis. Nam illius nepos & per adoptionem filius fuit Nouocomenſis. Ideo Plinius ſecundus & ipſe dictus erat.

¶ Continenter eſt continue ſiue continuate: quod a contineo uenit.

¶ Cōticeſco idē eſt qđ ſuū primitiuū cōticeo: ſicut alia multa in ſco: ut adhereſco deliteſco cōcubiſco labaſco obdormiſco cōtremiſco expaueſco & his ſimilia.

¶ Continens pro terra quæ non eſt inſula fœminini generis eſt: ut de ſicilia ad continentem parum intercapedinis eſt.

¶ Continentia. de hac uide in dictione Abſtinentia.

¶ Contrahere ęs alienum quid ſit. uide conflaui.

¶ Cōtumelioſus ſemp actiuæ ab auctorib9 accipi ſolet ꝓ eo. ſ. q ꝯtumeliā facit.

¶ Conuenit hoc mihi aut cōuenit hoc nobis. i. decēs eſt & ꝯueniens. ꝯuenit hoc inter nos. i. conſtat & controuerſia caret. Conuenit mihi tecū. i. ſine controuerſia eſt inter nos quod ego dixi. conuenit tibi mecum. i. ſine cōtrouerſia eſt inter nos quod tu dixiſti. Nonnunq̃ ſine utroq́ꝫ: ut conuenit.

¶ Conuentus facit diminutiuum conuenticulum. Cic. pro Sextio. Tamen conuenticula hominum quæ ciuitates nominauerunt.

Cōſideratus
icōſideratus
Cōſolatio
Solatiū
ꝯſolari
Solari
Solamē
ꝯſonanſ ꝓ lr̃a
Cōſul
Cōſularis
conſulo
Conſultor
ꝯſultus
Inconſultus
iuriſconſultus
iureconſultus.
Cōſternere
Cōſternari.
Contēdere
Intēdere contētio
Intētio
ꝯtentus
conterraneus
ꝯtinēter
ꝯticeſco & alia i ſco.
continens
Cōtinētia ꝯtrahere

BIBLIOTEC. ROMA VITTORIO EMAN.

¶ Conuentus non eſt conuentio:ſed omnes qui in unum locum conuenerunt.

Conuitium

¶ Cōuitiū a uitiū uel potius a uito deſcēdit:ut Vitupo tametſi nō oino repugnē ſcribi p c.ut qbuſdā placet nō p t. Eſt aūt conuitium maledictū ɔtumelioſum.

copia & cū quo uerbo

¶ Copia facultas poteſtaſq;:ut faciā tibi copiā inſpiciēdi libros meos.i.dabo tibi facultatem;uel faciam tibi poteſtatē.Iungit aūt ſemper cum facio dūtaxat ad oratores.Nam poetæ cum aliis uerbis & p̄cipue cum do.Virg.Affari extremū miſere data copia matri.Et iteꝝ.Poſtq̄ ītrogreſſi:& coram data copia fandi. Sine his aūt duobus uerbis copia plerūq; pro abūdantia accipit.unde dicta eſt copia rationis:& copia pecuniaꝝ.& copia frumenti.In plurali quoq; pro eodem ſignificato:ut noui copias tuas:omnium copias habeo.Peculiariter tamen appellamus militum multitudinem:ut copiæ Pompeii:copiæ Cæſaris.pro quo imperiti dicūt gentes Pompeii:gentes noſtrę.Et in hoc etiam ſignificato nonnunq̄ in ſingulari:ut Pompeius ad Domitium.Neq; ſolus cauſa iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere poteris.Saluſtius.Poſtremo ex omni copia Catilinæ &c. Virgilius libro æneid.ii.Et quæ ſit circum me copia luſtro.

Cordi ē In aīo ē

¶ Cordi eſt:& in animo eſt:differūt.Nā ſecundū ſignificat in aīo habeo. Vel animus eſt mihi:uel uolo atq; conſtituo.Illud uero eſt delectat & placet.

Corpus

¶ Corpus potius q̄ carnē nr̄m uiuētium dicimus:& hoiem corpulentū potius q̄ ut aliqui loquunt̄ carnoſum.Quint.mēbra ſine corpore.Cice.ad gallum.Nam & uires & corpus amiſi.Martia.Viuebāt laceri mēbris ſtillātibus artus.Inq; omni nuſq̄ corpore corpus erat:hoc eſt in corpore illius non erat caro.

Corpuſculum

¶ Corpuſculum diminutiuum eſt a corpus.

Coxa femur fœmina femoralis

¶ Coxa pars ſupra femora:uertebrūq; ipſum quotiēs uitiatū eſt.aut os illud qđ in uertebro uoluit̄ fractum coxa uitiata fractaue dicit̄.Femora autem partem illam exteriorem ſignificant.Fœmina partem interiorem muliereq;:quæ ſe contingunt.Vel femora partem autem anteriorem.Fœmina poſteriorem.A quo conficitur nomē femoralia ſiue Fœminalia:utroq; enim modo ſcriptum reperio p brachis:dicitur tamen nominatiuus femen non reperiri.

Cubiculum

¶ Cubiculum a cubili non uenit:cum intra cubiculum cubile ſit.

Cubo cubatio

¶ Cubo:cubui:cubitum:cubatio non cubitio.

Cuius ia ium

¶ Cuius:cuia:cuium:a ueteribus nō inter noīa:ſed inter p̄nomina numerabat̄:ut meus mea meū.Itaq; ut dicimus mea eſt:tua eſt:ſua eſt.Et mea tua ſua intereſt Ita cura eſt:& cuia itereſt.Plautus in epidic.Ego illum conueniam atq; adducā ad te.cuia eſt fidicina.Cicero pro Murena.Ea cedes potiſſimum crimini datur ei:cuia interfuit:non ei cuia nihil iterfuit.Interrogatuſq; cuium pecus:reſpōdeas meum tuum ſuum uel illius.

Culter cultellꝰ

¶ Culter cultellus facit diminutiuum.

culpa Defectus Defectio deficerē deſiſterē

¶ Culpa medicoꝝ plures pereūt.Defectu eoꝝ multi.Is nanq; defectu medici perit:cui medicus præſto non eſt,culpa uero medici:qui moriturus nō erat:niſi p̄ſto medicus ſibi fuiſſet.quam maiorem partem eſſe arbitror. Hæc ideo dixi q̄ nōnulli pro culpa medicorum aiunt defectu.Et uitia hoīum rerumq; uocant defectus:cum dicere debeant uitia:uel culpas uel emendas:aut menda libri. Defectio plurimum a defectu diſſentit:cum ſit receſſio aut militum:aut ciuitatis a domino:uel a ſuperiore.Eſt enim Deficere & deſiſtere a ductu alterius decedere & quaſi rebellare.& Defectio quaſi rebellio.

Cuias Nr̄as Vr̄as

¶ Cuias Nr̄as & Vr̄as,nō tn̄ p̄riam nationēq; innuūt:ſed etiā partes & q̄ſi ſe-

etiam.ut Veſtrates phi nō ſunt ita populares & fauorabiles ut noſtrates:qui epi
curi ſchola ꝓdierunt. Et ciuitates phi uos eſtis. Stoici ne an academici:an pipate
tici:an noſtrates Epicurei. Cic.putares ne unq̄ accidere poſſe ut mihi uerba deeſ
ſent:nō ſolum iſta ueſtra oratoria:ſed hæc etiam leuia noſtratia.

¶ Cum ꝓpoſitio per appoſitionem nō iungit̃ rei notāti inſtrumētum ſed comitē. Cum ꝓ
Percuſſi igit̃ haſta dicendum eſt:nō cum haſta. Inſtrũm enim percuſſionis haſta poſitio
eſt. Itē percuſſi gladio:non cum gladio. Impuli te pugno. Video te oculis. Tāgo
te manu. Deleuit epiſtolam lachrymis. Abſterſit ſordes aqua. Ablatiuis autem
non inſtrumentum:ſed coniūctionem ſignificātibus cum addi ſolet. ut acceptus
eſt a nobis cum honore. Magna cum beniuolentia ſcripſit.cum mira affabilitate
me allocutus eſt.cum dira truculentia me aſpexit.

¶ Cum & Tū indicatiuum fere poſtulāt.eſt aūt in cum qdam minus. In Tum Cum
qdam maius. Et hoc duobus modis.ut aut generale aliqd̃ ꝑcedat ſequal̃ ſpecia Tum
le. Aut ambo ſint ſpecialia. Primo modo ſicut apud Quint. Q d̃ quum oibus cō
fitendū eſt. Tum nobis ꝑcipue qui rōnem dicēdi a bono uiro nō ſeparamus. Id
eſt oibus multū:mihi uero maxīe. Altero modo apud eūdem. Quod opus Mar
celle Victori tibi dicamus. Q uē quum amiciſſimū nobis, tum eximio litterarum
amore flagrantē:digniſſimū hoc mutue iter nos charitatis pignore iudicabamus.
Id eſt multum ꝑpter amorē tuum in nos:plus tñ ꝑpter amorē iudicabamus litte
rarũ. Raro aūt alius modus q̄ idicatiuus cōuenit. Cicero ad curionē. Grauí teſte
priuatus ſum amoris erga te mei patre tuo clariſſimo uiro:q cum ſuis uirtutibus.
Tum uero te filio ſupaſſet oium fortunas:ſi te añ uidiſſet:q̄ uita decederet. Sed
nunq̄ hoc fit niſi ſub uno uerbo:ꝙ ſi qñ ſub duobus fieret: nō tñ in diuerſis uer
borũ modis diuerſiſue tēporibus. Sed ad Tū reuertamur:qd̃ ſæpe ſine cū ponit̃
geminatū:triplicatū:& in q̄uis lōgū multiplicatū:ſed quātum ego ſentio in rebus
paribus. Vt Quintilianus. Nec indignet̃ Herodotus equari ſibi Titum Liuium:
cum in narrando mire iucunditatis:clariſſimiq; candoris:tum in concionibus ſu
pra q̄ enarrari pōt eloquentē:ita dicunt̃ omnia tum rebus:tum perſonis accōmo
data. Taceo de eo modo:quando accipitur pro aliquādo:ut tum hoc: tum illud
dicas.i.aliquando hoc:aliquando illud. Vel modo hoc:modo illud.

¶ Cum pro q̄uis etiam reperitur. Cicero enim pro deiotaro hoc modo incipit. Cū pro
Cum in oibus cauſis grauioribus Cai Cæſar initio dicendi cōmoueri ſoleam ue q̄uis
hementius q̄ uel uſus:uel ætas mea uidet̃ poſtulare. Tamen in hac ita me multa
perturbant &c. Idem alio in loco. Satis ne oſtanter facere uideamur:qui cū prin
cipi nihil poſſe dicamus. Tamen & aliis de rebus diſſerere ſoleamus:& in hoc ip Curio
ſo tempore præcepta officii proſequamur. Cum ſcilicet q̄uis. ſus

¶ Curioſus ſemp actiuę ab auctoribus accipi ſolet. Dr̃ aūt curioſus a nimia cu Curri
ra:quotiēs plus diligētiæ q̄ oporteat impēdimus rebus:uel nr̃is:uel alienis. culum

¶ Curriculū capit̃ ꝑ curſu:& pro loco in quo certamē currēdi exercet̃:nōnunq̄ ēt Curſim
pro curru:ut curtius lib.octauo Sed etiam in amnem ꝑcipitauere curricula. Clarus

¶ Curſim idem eſt quod currendo. Præcla

¶ Clarus & ꝑclarus figurate accipiunt̃ pro eo q tanq̄ fulgore quodā famę & glo rus
riæ reſplēdet. Vñ clariſſima & ꝑclariſſima geſta dicimus. Sed ꝑclarus pro bonus Prę̃clar
nōnunq̄ reperitur. Et ꝑclare ac optime idem roboris ac uirium in ſignificatione Optie
obtinet. Ci.in Lelio. Cum illo uero quis neget actum eſſe præclare. Claſſia

¶ Claſſiarius cuſtos ſe exercitorue claſſis. rius

Crapular

¶ Crapulari.uide obruere.

Crepitus Crepare Increpare Crepitaculũ

¶ Crepitus ſonitus eſt uiolentus ex impulſu reſultans. Vnde increpare eſt cum eruptione uocis & immani ſonitu reprehendere. Cymbala tympanaq; crepitãt. Vnde fit crepitaculum. Tubę quoq; & cornua ſimiliaq; crepant: ſiue crepitant. Crepitus item ore infimo fieri ſolet.

Crimẽ

¶ Crimen non modo pro delicto: ſed pro ipſa ẽt criminatione. Ci. in philip. Hęreditatẽ mihi negaſti obueniſſe. utinã hoc tuum uerũ crimen eſſet.

Crud⁹

¶ Crudus uocatur nõ qui cibum: idigeſtum habet in ſtomacho: ſed qui ęgre diſficileq; digeſtibilẽ: ex quo offendit: uel tanq̃ nimio uel tanq̃ noxio Appellamus item hoiem crudũ pſertim qui eſt trud aſpectu: cuius aſpectu oculi noſtri offendunt: ut ſtomachus cruditate cibi. Eſt etiam crudum uulnus: & Recrudeſcere dolor ac uulnus dr̃ quaſi renouari. Et cruda poma dicimus q̃ nõ ſunt matura.

¶ De littera. D.

dapes Epulę Epulũ

Dapes uolũt eẽ ut deorũ: ut nf̃as in ſacrificiis deorũ. Epulę ſunt cibi miniſterio hoium & in noſtrũ uſum cõparati. Epulũ ſolẽnior res q̃dam epulę: & ppe publicum cõuiuiũ in ppatulo numeroſis ciuibus exhibitũ: ſiue in dedicatiõe tẽpli alicuius ſiue in honorẽ deorũ: uel in magnificẽtiæ oſtẽtationẽ: ſiue in funere magni alicuius uiri. Cui ſimile eſt qđ hoc tpe fit: quũ publice paſcimus pauperes: præſertim in mortibus propinquorũ. Quod uel idem eſt pœnę quod parentare a noſtris enim uulgo parentalia appellantur eo q̃ parentibus iuſta celebrentur: ut hieronymus ſcribit.

Dare fidem Fidẽ habere

¶ Dare fidẽ eſt aliqd ſancte pmittere. Terẽ. Grauidaq; facta fidẽ dat uxorẽ ſibi fore hãc. Fidẽ habere eſt credere. Quin. Fidẽ habes hoibus: quos mentiri aliſ (os affirmat.

Dare ptãtem

¶ Dare poteſtatem. uide indulgentiam.

Deãbulatoriũ

¶ Deambulatorium. locus ubi deambulamus.

Debellare expugnare

¶ Debellare eſt bello uincere: aut bello capere. Expugnare pugnando capere: uel potius pugnando uel oppugnando uincere. Sed debellamus potius hoies. Expugnamus autem opera moleſq;. ut caſtra. ut caſtella. ut urbes. ut naues.

Decedere Excedere

¶ Decedere q̃q̃ accipiatur nõnunq̃ pro eo quod eſt diſcedere aut recedere. Tñ proprie eſt a mandato cuſtodiæ ſuæ loco recedere. Vnde cõſules præſides prætores dicuntur ex prouincia decedere. Dicitur quoq; deceſſit quomodo dicitur defunctus: ut ſubintelligatur uita. At in excedo additur uita: non ſubintelligitur. Cicero in Antonium. Exceſſit e uita.

Decet

¶ Decet. uide conducit.

Decimus undecim⁹ decim⁹ quiſq;

¶ Decimus: undecimus: centeſimus: milleſimus. i. q ultimus eſt ex decem: ex undecim: ex cẽtum: ex mille. Aliquando ſic: hoc aruũ attulit centeſimũ: illud ſexageſimum: tuum uero triceſimum fructum. i. centenarii numeri: ſexagenarii: tricenarii. Vel centuplum: ſexagintuplum: tricentuplum.

¶ Decimã quãq; ex ouibus tibi dabo. Non eam intelligo q̃ decima in numerando eueniet: ſed unam de decem: quęcunq; ſit: itaq; unaquęq; poteſt eſſe decima. Item dicamus milleſimum quęq; unum eſſe ex numero millenario.

Declamator Orator Rhetor

¶ Declamator eſt qui ſtudet apud rhetorẽ in cõuentuq; ſcholaſticorũ fictã cauſam orat: id agens ut in ueris poſtea cauſis poſſit orare. Ipſe quoq; rhetor & quicunq; alius ẽt extra ſcholam qui hoc gñe utitur ſiue ut alios ſiue ut ſe exerceat declamator uocat. Orator eſt qui cauſas orat: uel in iudiciis uel in concionibus: qui græce dr̃ rhetor. Nos tñ rhetorẽ profeſſorẽ rhetoricæ uocamus: non Oratorem.

Miror cur in hoc tam facili peruulgatoq; noie exponendo Victorinus errauerit.
nonnunq̃ tamen more græco reperimus poni. Vt Ci.li.ii.de na.deo. Qui dum
academico & eodem rhetore congredi conatus ſum. Nam neq; indiſertum aca/
demicum pertimuiſſem. Neq; ſine iſta philoſophia rhetorem quis eloquentem.
Rhetorem dixit uel oratorem uel rhetoricum.
¶ Declaro frequentius ad facta pertinet q̃ ad dicta: Aliquando etiam in dictis. Decla/
Interdum accipitur pro ſignifico: uel oſtendo. uel iudico. ro
¶ Decretum eſt mihi. uide compertum eſt. Decre
¶ Decus eſt illa (ut ſic dixerim) honorificentia ex bñ geſtis rebus. Vnde decora tum
militię: honores: laudes: honeſtamēta militi in bello cōparata: cuius contrariū eſt Decus
Dedecus ignominia q̃dā: aut ignominię genus & infamis turpitudo. Vnde dede Dede/
coro. i. turpifico: & contumelia atq; ignominia afficio. Transfertur etiam ad ani/ cus
mum. Quippe decus pro honeſto: dedecus pro inhoneſto accipitur. Dede
¶ Decor eſt quaſi pulchritudo q̃dā ex decētia pſonaꝝ rerūq; in locis tpibuſq;: ſi coro
ue in agēdo. ſiue in loquēdo. Trāſfertur quoq; ad uirtutes. Appellamus decoꝝ Decor
nō tā ipſum honeſtū: q̃ qđ hoibus & cōi opinioni honeſtū uidet & pulchrū ꝓba/
bile. Vñ uerbū decoro media lōga. Nā decoro media breui a decus uenit.
¶ Dediſco. uide diſcere. Dedi/
¶ Dedititius q ex numero eoꝝ eſt qui ſe in alterius imperium dediderunt. ſco
¶ Dedoceo te: quod doctus eſt oſtēdo falſum eſſe: docendo qđ ueꝝ eſt. Quin/ Dediti/
tilianus li.ii. Et quidem prius ac difficilius opus dedocendi q̃ docendi. tius
¶ Dedecus duo ſignificat. Vnū qđ eſt crimē: ut Quin. Satis dedecoris atq; fla/ Dedo
gitii caſtra ceperūt. Alteꝝ qđ eſt ignominia: atq; iſamia qđ notū ē. Vide ēt dec⁹. ceo
¶ Deduco & reduco generalē habent ſignificationē: ſed in hoc ſpecialē quoties dedec⁹
alicui officii præſtamus comitatum: ut deduxi catonem in ſenatum: eumq; ut do deduco
mum reducam hic expecto. Sed proprie hoc eſt inter homines non multum di/ reduco
gnitate & auctoritate diſtantes. Comitari uero minorum potius erga maiores. Comi
Cæterū Deducere & Reducere eſt quaſi ad certū locum. Aſſectari eſt quaſi cō tari
mitatū pſtare: nō tñ in itinere aut nauigatione aut militia: aut fere per urbem. Aſſe/
¶ Defatigatus. uide in dictione laſſum. ctari
¶ Defectus. uide ibidem. defati
¶ Defectus quaſi qui deficit: ut martialis. Dulcia defecta modulatur carmina li gatus
gua. Cantator cignus funeris ipſe ſui. Quintilia. Defectaq; labore ſenectus dfeſſus
magna pars mortis nihil mihi reliquit niſi diligentiam. participium eſt ſignifica/ defect⁹
tionis actiuę in uoce paſſiua. cta.ctū.
¶ Defectus. uide plura in culpa. defect⁹
¶ Defectio. uide ibidem. dfectio
¶ Defende me dñe: adiuua me optie uir. / Tace homo imperite. Mutato uocati defēde
uo in nomiatiuum nō recte dicet: Item defende me tu deus meus. Adiuua me me &c.
tu uir optimus. Tace tu homo imperitus. hic per nominatiuum etiam recte loq/ defēdo
mur: ſubintelligitur enim ens hoc modo: tu es ens dominus meus. defen
¶ Defendo me dicimus: & nōnunq̃ defendo ictus. Cicero de ſenectute. Veſti/ ſorius
tamq; pampinis nec modico tempore caret: & nimios ſolis defendit ardores.
¶ Defenſorius actionem ſignificat.
¶ Defore. uide affore. defore
¶ Deinceps accipitur pro dehinc & ꝑ deinde. Atq; etiam ꝑ gradatim. Cice. in dein/ ceps

tuſcu. Oẽs q deinceps accubarẽt ad lyrã canerent. Et ad thermum. Sed tamen tres fratres ſummo loco natos. Prõptos nõ indiſertos te nolo habere iratos quos uideo deinceps tribunos plebis per triennium fore.

delibe/raui

¶ Deliberaui. uide cõpertum eſt.

deligere / Eligere / datur ſiue offertur op/tio

¶ Deligere eſt quod magis idoneũ ad rẽ agendam eſt cernere. Eligere uero uel ad noſtrũ emolumentũ uel ad illius qui eligit dignitatẽ. Delegit ſibi ſæpe popu/lus Ro. Imperatorẽ ad bella: ut Pompeiũ ad bellũ mithridaticũ. Imperator quo/q; deligit milites: nõ elig t ad rẽ uidelicet bellicã idoneos. At ſi ex multis daret optio quem ſibi uellet eligeret: nõ deligeret: ideoq; ſemper fere dicit in eodem ſenſu datur tibi ſiue offertur optio. Et datur ſiue offert electio. Nec inficias eo poſ ſe fieri ut in aliquem cadat delectionis & electionis nomẽ: ut in ipſum principẽ quẽ ad honorẽ pariter & ad rẽ bene regendã aſſumimus. Cęterũ deligo ſine p̃/poſitione accuſatiuũ habere ſolet: ut populus romanus delegit. Cn. Põpeium im/peratorẽ. Eligo alterũ accuſatiuũ cum p̃poſitione: ut idem populus elegit in prin/cipẽ ſibi octauiũ. Et ſacerdotes eligunt ſibi pontificẽ. & milites imperatorẽ.

Coap/tare / deligere / Agere uel ha/bere de/lectum

Coa/ptare autem dicitur inter collegas: pareſq;: aut fere pares. Cice. in Bruto. A quo in collegiũ augurũ fuerã coaptat⁹. Pręterea deligere & agere uel habere delectũ differũt: q; deligimus aliqñ unum tm̃. Agere uero uel habere delectũ ad multa ſemper refert apud Quĩti. legi facere delectum pro agere.

delite/ſco / deme/reor / demũ / deniq; / demi/grare / Cõmi/grare / depe/ctus

¶ Deliteſco pro ſuo primitiuo accipitur.

¶ Demereor. uide mereor.

¶ Demum. uide tandem.

¶ Deniq;. uide tandem.

¶ Demigrare. uide commigrare.

¶ Depectus: ſi Vlpiano credimus dicitur turpiter pactus. Mihi autem pro ſim/plici potius accipi uidetur id quod in multis fit. ut demiror: deambulo. Terẽ. in phor. Iam depaciſci mortem cupio. Tale eſt hoc Terentianum: quale illud Vir/gilianum. Vitamq; uolunt pro laude paciſci. Illud quoq; apud. M. Tullium li. ii rhetoricorũ. Quidã cũ circũſideret: neq; effugere ullo mõ poſſet: depectus eſt cũ hoſtibus: ut arma & ĩpedimenta relinqueret: & milites educeret. Itaq; fecit &c. Nõ eſt accipiendum pro turpiter pactus ab auctore eſſe poſitum. Quippe qui cauſam narrat de qua ɔtrouerſia eſt: an ille turpiter pactus ſit: nõ aũt factum ho/minis damnat: & aliquotiens factum hoc paulopoſt pactionem uocat.

¶ Depoſitarius a depoſitũ eſt: depoſitorius a depoſitor: eſt itaq; depoſitarius q reddendo depoſitio obnoxius eſt.

Depræ/cor / Pręcor

¶ Dep̃cor ſupplicũ. Aulus gellius ait dictũ eſſe quaſi deteſtor: uel execror: uel depello: uel abominor. Ego aũt ita dici puto dep̃cor & ĩprecor: p̃cor tibi bonũ: p̃/cor tibi malũ. Sic dep̃cor liberationẽ: & deprecor pœnã: illã ut potiar: hanc ut ui/tẽ. Oui. li. i. de põto. Sæpe p̃cor mortẽ: mortẽ quoq; dep̃cor idẽ. Ne mea ſarma/ticũ cõtegat oſſa latus. Dep̃cor dixit q̃ſi p̃cor mortẽ nõ dari mihi in hac terra: de/niq; dep̃cor magis ſignãt uel dicto uel fcõ recuſo: q̃ illa q̃ Aulus Gellius attigit.

Deſcen/do in p̃/liũ in fo/rũ &c.

¶ Deſcendo in præliũ: deſcendo in forũ: deſcendo in cãpum dicimus. Non quia de loco ſuperiore in inferiorẽ deſcendimus: ſed quia de loco tuto in locũ diſcrimi/nis. Ideoq; non fere dicit in forũ deſcendere niſi qui pugnãdi & defendendę li/tis cauſa uenit in forũ: nõ rerũ uenaliũ coẽptor ac negociator. Et in cãpum deſcen/dere niſi q litis & dignitatis cauſa: ſicut in cãpo martio fiebat: certaturus uadit.

¶ Deſciſcere. uide conſciſcere.

¶ Deſipio ſiue deſipiſco ſignificat uel ꝙ aliquid a communi ſenſu ſapiẽtiaq; mi-nus habeo uel meo a ſenſu deſtituor. Quod uere uitium aut ex ætate uenit: aut morbo: aut amore: aut timore: aut ſimili aliquo affectu. Cuius contrarium eſt re-ſipiſcere: & ſenes quidem iam dementes nunq̃ reſipiſcunt. Cæteri autem reſipi-ſcere ideſt ad priorem mentis ſtatum uel ad meliorem mentem redire ſolent.

¶ Deſpicio deorſum aſpicio ſicut ſuſpicio ſurſum aſpicio. Inde per tranſlationem quum quis aliũ cõtemnit ac paruifacit deſpicere dicit: quaſi infra ſe & ad pedes ſuos proiectum aſpicere. quemadmodum ſuſpicere eſt uenerari: quaſi ſupra nos aſpiciamus illũ eſſe collocatũ. Nã deſpicere eſt prouidere & circunſpicere mentẽ: & tanq̃ omnem partem lumina mentis intendere omniaq; diſcernere. a quo di-ſpiciẽtia dicta eſt circũſpectio: & ꝓuidẽtia uel cõſideratio diligẽs atq; diſcretio.

¶ Deturbare eſt deorſum cũ uiolentia deiicere. Ver. Puppi deturbat ab alta. ex turbare e loco eũdẽ in modũ eiicere. diſturbare diſſipãdo diruẽdoq; deiicere.

¶ Deuenimus in montem: deuenimus ad diuitias. minus uſitatum ac mino-ris rationis eſt q̃ peruenimus in montẽ: ꝑuenimus ad diuitias. Similiter e diuer-ſo. deuenimus in planũ: deuenimus in uallem: quoties ab editiore loco profecti ſumus. uſitatius probabiliuſq; ꝑuenimus in planum: peruenimus in uallẽ. ita de-ueni in paupertatem quaſi deſcendi & delapſus ſum in humiliora.

¶ Deus dea deabus dicimus: diuus diua diuabus non dicimus. Item filius filia filiabus. Natus nata natabus. Equus equa equabus. Mulus mula mulabus: non aſinus aſina aſinabus. Item ut dicimus libertus liberta libertabus. Ita non dicimus libertinus libertina libertinabus. nõ ſeruus ſerua ſeruabus. non domi-nus dña dñabus. nõ aius aia aiabus. Tametſi quidã his poſterioribus utũtur. Cicero tñ ad uxorem & filiam ſcribens duabus animis ſuis dixit nõ animabus. Et curtius de matre & uxore darii dominis non dominabus dixit. quidam uete-res dextrabus dixerunt pro dextris & eabus pro eis.

¶ Dicacitas eſt ſine dubio a dicẽdo: ꝓprie tñ ſignificat ſmonẽ cũ riſu aliquos in-ceſſantẽ. Ideo demoſthenẽ urbanũ fuiſſe dicũt. dicacẽ negãt. grꝫce dicit̃ ſcoma.

¶ Dicere ꝓprie eſt oratoꝝ & eleganter facundæq; loquentiũ. Quin. li. x. Nam mihi ne dicere quidẽ uidet̃ niſi qui diſpoſitę: ornatę: copioſę dicit. Vnde dictio uocatur oratoria & facunda oratio. Ex ipſo uerbo dico duo frequentatiua oriun-tur dicto & dictito: ſed poſterius potius frequentatiuũ eſt: quod idem eſt quod frequentibus temporibus frequẽtibuſq; locis dico & narro. Alteꝝ autem idem eſt ꝙ dico ſi id alter ſcribens excipiat & manu ſtiloq; notet.

¶ Dico ſententiam conſiliarius: fero ſententiam iudex: nõnunq̃ tamen dico ꝑ fero: ut apud Quin. Apud iudices quidem ſecũdum legem dicturos ſentẽtiam de confeſſis præcipere ridiculum eſt.

¶ Dico leges aliud eſt q̃ fero leges: eſt enim ferre ad ſuos dicere fere ad uictos. Liuius. Quando perinde ac uicto ſibi leges dicerentur.

¶ Diem pro diurno tempore uolunt eſſe maſculini generis notaueruntq; Virgi-lium indifferẽter accepiſſe. Ego tamen & apud hunc & apud cæteros pro tem-pore ipſo annotaui ſemper eſſe fœminini: ut ipſa dies facit hominem prudentẽ: & multa dies dat magnam hominibus reꝝ experiẽtiam. Vñ Pedianus uult fieri dieculam ꝑ paruo tempore. Et apud iuriſconſultos Bima trima quadrima dies pro tempore biennii triennii quadriennii. In tempore certo Pedianus idem con

deſciſcere
deſipio
deſipiſco
Reſipiſco
deſpicio
Suſpicio
diſpicere
circũſpicere
diſpiciẽtia
deturbare
Exturbare
diſturbare
deuẽire
ꝑuẽire
Deus dea deabus & de ablatiuis in abus
Dicacitas
Dicere
dictio
dicto
dictito
Dico ſniam
Fero
dico leges Fero leges
Dies

ſentit debere eſſe maſculini generis. dicemus ergo heſterno die & craſtino die: nõ heſterna die & craſtina. Ad diẽ nõ uenit: ad diẽ non affuit. i. die præſtituto.

¶ Dictio. uide dicere.

¶ Dictito. uide ibidem.

¶ Dicto. uide ibidem.

¶ Dictum eſt dicta de omni ſermone intelligunt: ſed ſpecialẽ quoq; ſignificatio nẽ hñt pro dicaci ſermone. uñ dicta eſt dicacitas. Martialis ad Domitianũ. Conſueuere iocos ueſtri quoq; ferre triũphi. Materiam dictis nec pudet eſſe ducem. Qualia aũt ſint dicta quæ in ipſum triũphantem milites iaculari ſolebant: illud qđ Cæſari dictatori fuit decantatum erit exẽplo. Cæſar triũphat qui ſubegit gallias. Nicomedes nõ triumphat qui ſubegit Cæſarem. Illud ſubegit Cæſarem in quam dicit mordet: & aliis apud quos dicitur: riſum mouet.

¶ Diligere. uide amare.

¶ Diſcere eſt ut intelligas: edicere uero ut memoriter complectaris: dediſco autem quod didici obliuiſcor.

¶ Diſcretus q qualitates pſonaꝝ & reꝝ momenta diſcernit nõ q diſcernit.

¶ Diſertus qui prope diſſerit: non qui diſſeritur.

¶ Diſpicio. uide deſpicio.

¶ Diſſoluo ęs alienum. uide conflaui.

¶ Diſturbare. uide deturbare.

¶ Diu nihil aliud ſignificat niſi per longum tempus. diu nauigaui: diu equitaui. Non aũt diu receſſi: aut diu equum aſcẽdi: ſed nuper receſſi aut dudum: & dudũ equum aſcendi. Quidam tamen ſic loquunt: iamdiu eſt ꝙ receſſi: utentes aduerbio pro nomine. Eadem ratio eſt in iãdiu & tãdiu. Ideoq; cauendum eſt ne uerba quæ momentaneam actionem ſignificãt his aduerbiis applices: quale eſt. Iãdiu publicaui opus: iãdiu duxi uxorem: ſed iampridem: licet recte dicatur. iãdiu eſt opus publicatum. Et iãdiu uxor mihi ducta eſt.

¶ Diuerſorium dicitur hoſpitium publicum. Cicero. Ex hac uita ſic diſcedo tanq̃ ex hoſpitio: non tanquam ex domo. commorandi enim natura diuerſoriũ non habitandi dedit: pro eodem poſuit hoſpitium & diuerſorium.

¶ Diurnum ſpacium unius diei.

¶ Diuturnus & diutinus nihil differũt: utrũq; ad diu ſiue diutius uenit. Cicero ad Brutum. Tedioq; diutinę ſeruitutis. de diuturnus plurima exẽpla ſunt.

¶ Do tibi lr̃as tanq̃ tabellario: do ad te litteras. ſ. ad te perferendas. Aliqñ hæc duo ɔiungũtur: ut Cicero. Dedi illi ad te litteras. Ergo qui mittit litteras dat: cui lr̃æ danĩ ſi perfert reddere dr̃: ſicut ille ad quem dantur accipere.

¶ Docilis (Priſcianus inqt) eſt qui facile docet: docibilis eſt qui facile diſcit. nõ occurrit ubinã legerim docibilis. eſt enim cõſuetum magis pceptibilis: niſi apud eccleſiaſticos: atq; in aliũ ſenſum. Et erũt docibiles dei. dictum eſt quaſi dociles. docibilis enim eſt ille qui ad diſcẽdi patiẽtiam lenis & mitis: hoc ut ego ſentio idem eſt quod docilis. ratio tamen poſtulat ut id ſignificet quod ait Priſcianus.

¶ Doctiloquus facit comparatiuum doctiloquentior.

¶ Doleo. Cicero Quĩtilianuſq; nõ dixiſſent doleo caput: doleo ilia aut ilibus. eſt enim ſynecdoche. Sed dolet mihi caput: & ilia tibi dolent. In hoc uerbo & illud notãdũ eſt ꝙ dr̃ re extra nos poſita ſicut de corpore nr̃o: loqmur: ut iſtud qđ facis dolet mihi. utinã doleret tibi. Teren. Dolet dictũ adoleſcẽti: pudẽti libero.

¶ Domo

dies
Dictio
Dictito
dicto
dictũ ẽ
dicta
Diligerẽ
diſcere
dediſcere
Diſcretus
diſert⁹
diſpicio
diſſoluo ęs & cæ.
diſturbare
Diu
Iãdiu
Tãdiu
Diuerſorium
diurn⁹ a um
Diuturnus
diutin⁹
dar lr̃as
Reddere
Accipe.
Docilis
Docibilis
doctiloquus
doleo

¶ Domo domui domitũ domatio facit nõ domitio. dr̃ ãt domitor nõ domator.

¶ Domus duos genitiuos habet: domui & domus. ſed prior ſeruat locũ ubi qˢ manet: poſterior corpus ipſum atq; edificium quod ex parentibus conſtat & tecto: ut domi maneo nõ domus. & partem domus demolitus ſum. ſuperiora domus aſcendi non domi. Nam illud domus meæ imperium teneo: non pro loco accipitur: ſed pro familia quæ cõtinetur edificio. figurate continens pro contẽto. licet etiam dicere domi meę quaſi in domo mea. Eſt autem idem in domo & domi. Quintilianus lib. quito in domo furtum factum ab eo qui domi fuit.

domo domatio domitor domus

¶ Domeſticatim per uarias domos.

Domeſticatim

¶ Domi meæ uiuo dicimus. Itẽ tuæ. ſuæ. noſtræ. ueſtræ. & alienæ. Cũ aliis nõ licet: nõ. n. dicerẽ liceret domi publicę: domi priuatę. domi hõeſtę. domi pr̃nç. domi maternę habeo &c. Sed ita domi illius domi cæſaris. domi patris &c.

Domi meæ & cæte.

¶ Dom⁹ duos genitiuos habet domi & domus: in datiuo domui: accuſatiuo domum: in ablatiuo domo &c.

¶ Domi uel in domo ſum dicimus. Reuertor domum uel ad domum. Exeo domo uel e domo.

domi ſum & cæte. Reuertor domum Exeo domo &c.

¶ Donaria non locus repoſitorius donorum. ſed ipſa dona: licet ſeruius dicat tibi dona oblata ſunt: ſicut lectiſternia dicuntur ubi homines in templo ſedere conſueuerunt. hæc Lau. Tu uero aliter in lima leges.

¶ Donum. uide munus.

¶ Donatio. uide ueni in opinionem.

donum donatio

¶ Donec duobus modis accipitur. Dabo operam uoluptatibus donec moriar: ideſt uſq; ad mortem. Et dabo operam uoluptatibus donec uiuo: ideſt q̃diu uiuo. Eiuſdem naturæ eſt dum: ideoq; in priore ſenſu amat ſubiunctiuum: in poſteriore indicatiuum more donec. ut apud Ciceronem. Deinde eſt in carcerẽ ductus: ut ibi eſt & tantiſper: dum culeus in quẽ cõiectus deferret. Teren. Ego tantiſper te dici uolo meũ: dũ ut quod uolo facis. Et aduertẽdũ Tãtiſper fere poſtulare poſt ſe dũ pro donec ſiue q̃diu: ut patuit. Sunt tamen q pro tantũmodo accipiãt. Sunt qui etiã pro interea. Cætera quoq; ſic a per cõpoſita ad temporis breuitatẽ ferunt. Parumper: pauliſper: aliquantiſper. Sunt qui per imperium accipiunt pro ſuis primitiuis: quæ ſunt parum: paulum: aliquantulum.

donec Tãtiſp alia cõpoſita a per

¶ Dono tibi munus. & dono te munere dicitur.

¶ Dormitorium locus ubi dormitur.

¶ Ductilis. uide Verſatilis.

dono dormitoriũ ductilis

¶ Dudũ & iamdudũ de paruo tpe unius horę: aut ſemihorę: aut duaꝝ horaꝝ certe breuiſſimi tẽporis. Nuper ſiue pridẽ & iãpridem & lõgiori tempore dices: aut uiginti dieꝝ: aut mẽſis menſiũue: & nõnunq̃ annoꝝ p cõditione materię.

¶ Dudũ & nuper ſeu pridem de re ſiue actione q̃ nõ inſiſtit: ſed ſtatim tranſit. Iamdudum & iampridem de re ſiue de actione: quæ inſiſtit & immoratr̃. Illa p̃teritum utiq; poſtulant: hæc frequẽtius p̃ſens: nõnunquam etiam p̃teritum. Dudũ intraui: & iãdudũ te expecto: ideſt hora aut ſemihora eſt. uel duæ uel tres uẽl ut multum quattuor: ex quo itraui & ex quo te expecto. Sed ipſa actio intrandi nõ inſiſtit. ac ſtatim deſinit. Secus autem expectandi actio. Item nuper ex ſicilia rediit: ideſt ſuperioribus diebus menſibuſue ex ſicilia rediit: & iam multi dies ſunt: uel aliquot menſes ex quo abſum ex ſicilia uel ex quo ex ſicilia rediit: hic cõtinuatio intelligitur temporis: illic minime. Hic ſignificatur mora qua in hoc lo

dudũ Nuper Pridẽ Nup Pridẽ Iamdudum Iampridem

eo immoratus ſum: illic momentum illud applicationis. Cæterum quia in hoc dixi Nuper & iampridem non modo menſes complecti: uerumetiam annos. tale exemplum ſit. Nuper inuenta eſt machina: quam bombardam uocant: ideſt nõ multo tempore ab hinc. Iampridem Bombarda inuſu eſt: hoc eſt iam aliquã to ab hinc tempore in uſu eſt. Aliquando apud poetas legimus. Iamdudum pro continuo. Virgilius. Iamdudum ſumite pœnas. Rarius iampridem: ut fecit Lucanus. Tollite iampridem uictricia tollite ſigna: niſi iampridem uictricia dicas. Pridem autem & Nuper idem ſignificant. eſt autem Nuper non longo tempore a nunc: interdum non longo tempore a tunc.

Dum ¶ Dum. uide donec.

dumtaxat ¶ Dumtaxat idem ſignificat quod ſolum. Cicero de ora. Ita loquamur ut ei tradamus ea dumtaxat: quæ nos uſus docuit.

¶ De littera. E.

Ecce En — ECce & En in eadẽ pœne ſignificatione amant nominatiuũ & accuſatiuũ. Apud comicos uero Hem pro en affectui ſeruiens quo oratores nõ utuntur. Adiungunt autem En ntõ pariter & accuſatiuo: tum indicando: tum exprobrando. Indicando. Virg. En priamus: ſunt hic etiã ſua præmia laudi. Exprobrando. En agros: & quã bello troiane petiſti. Heſperiam mentire iacens. Iuuenalis. En habitum. Oratores ſæpius exprobrãdo & ſæpius per nominatiuum. Quint. En improbitas? Cicero. En crimen? en cauſa? Ecce ſimiliter cũ utroq; caſu iungitur. Vt idẽ. Ecce tibi ſtatus noſter. Cum accuſatiuo aſit non memini me apud oratores legiſſe: ſed ne apud poetas quidem. Sed demus aliquãdo reperiri: ut ſemel apud Plautũ in Bacchidibus. Opus ne erit tibi aduocato: triſti: iracundo. Ecce me. Virg. item ait. En quattuor aras. Ecce duas tibi daphni: duoq; altaria phebo. Sed de proſa magis me dubitare dico.

eccum eccam eccos eccas ellum ellam ellos ellas — ¶ Eccum eccam: eccos eccas. Ellum ellã: ellos ellas ab ecce cõpoſita ſunt & ſecũ uidenť gerere eſſe caſum. ſed nõ gerunt. Quæ priſcianus ita reſoluiť. Ecce eũ. Ecce eam. Ecce eos. ecce eas. ecce illũ. ecce illã. ecce illos. ecce illas. Sergius quoq; cõmentans donatũ ait. Nihil ſignificat ellũ niſi ecce illum. Pauloq; poſt. Ergo cũ ellum ſit ecce illũ. ellã ecce illã. nihil poſſumus dicere: niſi magis demonſtratiue. Sed reuera reſoluuntur per aduerbia nõ per pnomina. Eccũ ecce hic: ſubintellige uiꝝ de quo agebamus. Eccã ecce hæc ſubintellige fœminam: de qua mentio erat. Ellum ellã. Ecce illic uiꝝ fœminamue: ſubintellige de quo de quaue agebatur. Ellũ igitur parmenonẽ ſignificat ecce illic parmeno ſiue parmenonem.

eabꝰ p eis ¶ Eabus pro eis quidam ueteres dixerunt.

edicere ¶ Edicere eſt magiſtratuũ regumue. unde edictum cõſulũ: ſunt litteræ conſulũ quibus aliquid iubent atq; imperant. Indicere autem proprie eſt denunciare: ut indictum eſt bellum. Indixit romulus ſpectaculum.

ediſco ¶ Ediſco. uide diſcere.

effabilis ¶ Effabilis dictu. uide Miſerabilis.

effingere ¶ Effingere eſt ad alterius formã fingere: & quodammodo fingendo rẽpſentare. Quint. Nam mihi uideť M. Tullius cũ ſe totum ad imitationem græcorum contuliſſet: effinxiſſe uim demoſthenis: copiam platonis: iucunditatem Socratis. Fingere proprie eſt ſinguli: qui formas ducit ex luto. Inde generale fit uocabu-

Fingeř lũ ad cætera q̃ ingenio manuq; hõis artificioſe formanť: pſertim inuſitatę e nouę.

effigies ¶ Effigies figura eſt ad uiuam alterius ſimilitudinem uel ad ueritatis imaginẽ

facta tam in picturis ꝙ̃ in ſculpturis: nomen eſt ab effingo.

¶ Eheu. uide hei.

¶ Eiulare eſt uoce ſublata flere: quod magis mulierum eſt propriũ. Vociferari eſt uoce effrenata nõ modo dolorem: ſed etiam indignationẽ (ꝗ̃ꝗ indignatio doloris genus eſt) oſtendere. Interdum ſine affectu: ſed tñ uehementius exclamare. Lamentari eſt uoce querula & triſti oratione cladem teſtari ſuam. Flere eſt lachrymis: ideoq; tm̃ hominum: ut ridere. Gemere eſt pectore quum præ anguſtia in ſonum prorumpit. Ideo & iumenta ſub nimio pondere gemunt. Ea inanimata quoq; cum nimis onuſta ſunt gemere dicuntur. Virg. gemuit ſub põdere cymba. Plorare eſt uoce flebili & effuſa dolorem ſuum aperire. Vnde implorare eſt plorãdo opem orare. Plangere eſt percutione & uerberatione pectoris: capitis: uultus: aliorũue membrorum ſe in dolore affligere. regitq; poſſe accuſatiuum: ideoq; per tranſlationem dicuntur fructus plangere littora: quaſi ad declarandum dolorem in modum lamentationis.

eheu
eiulare
uociferari
Lamentari
Flere
Gemere
Plorare
Implorare
Plãgerẽ

¶ Eleuo. uide leuo.

¶ Eligere. uide deligere.

¶ Elogium eſt teſtificatio de aliquo: ſiue uituperationis: ſiue honoris cauſa. Vituperationis: ut Quin. Non eſt iudices ꝙ putetis ideo nullum adiectum ad exhendationem iuuenis elogium: quia de ſcelere conſtaret. Honoris cauſa: ut Marcus Tullius. Quid elogia ſepulchrorum. Pro ſimplici quoq; ſententiæ ſuæ teſtificatione legitur. Cicero. Solonis quidem ſapientis elogiũ eſt quo ſe negat uelle ſuã mortem dolore amicorum & lachrymis uacare.

eleuo
eligere
elogiũ

¶ Ellum. uide eccum.

¶ Emeritus. uide mereor.

¶ Emigrare. uide Commigrare

¶ En. uide ecce.

¶ Ego magis. uide hoc magis.

¶ Epule. uide dapes.

¶ Ergo atq; igitur breuioribus adhibentur cõcluſionibus. Quare quamobrem quapropter maioribus: niſi ita dicas. Neſcio quare ſic loqueris: intelligo quamobrem ſic facias.

ellum
emerit⁹
emigrare
en
eo magis
epule
ergo
Igitur,
Quare
Quamobrem,
Quapp

¶ E republica eſt. i. pro republica eſt.

¶ E republica dicendum eſt: ut in oratore Cicero teſtatur. nõ ex republica. tollitur enim x ſicut in omnibus fit fere quę ab r incipiunt. ut E regione: ideſt ex oppoſito uel ex aduerſo atq; contrario. Non ex regione. E re mea. E re tua. E re noſtra. Similiter e dignitate: ex utilitate: ex uſu: pro eo quod eſſet pro dignitate. uel ad dignitatem. utilitatem. uel uſum. Cicero. Ex tua ac reip. dignitate facies. E renibus laborabat. Cicero inquit. hoc eſt morbum in renibus patiebatur.

e q̃bus dictionibus ꝓponit

¶ Eripio quotiens habet cum accuſatiuo datiuum: fere in malam partem accipitur. Vt eripuiſti mihi omnes bene uiuendi facultates. Quoties uero ablatiuum cum præpoſitione a uel ab ſiue abs plerumq; in bonam: ut Eripuiſti me a periculo. Interdum in malam: ut eripuiſti a me filiam. Differt autem a preripio: q. n. aliquid alteri eripit: poteſt id non in ſuos uſus eripere. Vt eripuit illi uitam. Qui uero preripit in ſuos proprie uſus capit. Neq; præpoſitio illa anteceſſionem temporis declarat. Nonnunq̃ ſignificat ante capere: ſed magis in paſſiuo: ut immatura morte præreptus non potuit præſtare qualem promiſerat regem. Sunt hæc

eripio
Prærĩpio

uerba Plinii de uiris illuſt. quaſi dixiſſet imatura morte ꝑuentus. Præterea præripio nunq̄ poſtulat ſibi talem ablatiuum: qualem Eripio ſolet: ut patuit.

Errabūdus & alia in būdus

¶ Errabūdus ſimilis erranti. Priſ. enim lib. iiii. inquit. In bundus deſinētia ſimilitudinem habere ſignificant: ut uitabundus ſimilis uitanti. Moribundus ſimilis morienti. Errabundus ſimilis erranti. Aulus Gellius aūt ſcribit apollinarii uſum eſſe particulam iſtam extremam in quam uerba talia exeunt uim & copiam & q̄ſi abundantiam rei cuius id uerbum eſſet demonſtrare: ut lętabundus is dicat: qui abunde lętus ſit. Et errabundus: qui longo atq; abundanti errore ſit. ut autē Caſellus eodem Gellio autore ſcripſit. Ludibundus errabundus ridibundus idem eſt ꝙ ludens: errans: ridens. Caſellii ſententia & breuior eſt: nec minus fortaſſe uera q̄ illa ſiue gellii ſiue apollinaris. Cum frequentiſſime ſic accipiātur. Populabundus populans. Errabundus errans. rubicundus rubēs. Sed nonnunq̄ ut Gellius ait uehementiam ſignificant.

Eſca

¶ Eſca: uide paſco.

Eſſendi cā

¶ Eſſendi: Stulti q̄dā aiunt. Cā eſſendi rex. eſſendi regis. eſſendi regē. Cū nuſq̄ eſſendi reperiat̄. Et ſi reperiret̄: nō regeret caſum ſicut mandēdi. uiuēdi. exn̄di.

Eſurio & alia i rio.

¶ Eſurio cupio eſſe. nam cōmodius deſideratiua atq; optatiua uocarent̄ ea quę nominant̄ meditatiua in rio. parturio. eſurio. Ci. Vtinam aliq̄n dolor pop. ro. pariat quod iam diu parturit. Liuius. Et diu parturit animus ueſter aliq̄n pariat. Quintilianus. Pater filios eſurit. Martialis. Cenaturit uacerra non cacaturit. i. cenare cupit non &c. Vel dicamus hæc accipi pro primitiuis. Scaturio magis ꝓ ſuo primitiuo ſcateo ponitur: quod eſt non ſolum aquarum ſed herbarum cæterorū, que ſua ſponte hubertim naſcentium.

Et multifarie accipit̄

¶ Et multifariam accipi ſolet. Cuius cōditionis eſtq;. Virgilius. Audieras & fama fuit. Quintilianus. Has primum audiet puer: has uerba effingere imitando conabitur. Et natura tenaciſſimi ſumus eorꝫ quæ rudibus animis percepimus. Et pro quia accipiendum eſt. Duplicatur interdum: ſed in rebus diuerſis uenuſtius: ut te admirantur & ciues & hoſpites. Initiis quoq; ſententiarum competit. Quintilianus libro primo. Et finitę quidem ſunt partes duę: quas hæc profeſſio pollicet̄. Interdum etiam affectui ſeruit. Cicero pro Milone. Et ſunt qui de uia appia loquant̄ taceant de curia. Idē. Et poſtea miramur quare moleſte ferat populus romanus. Et pro etiam apud Cicerōnem nuſq̄ reperit̄: ſicut in cæteris illo poſterioribus. Virg. Natus & ipſe dea. Quintilianus. Sit hoſtis & meus. Cicero dixiſſet. Sit hoſtis etiam meus. Vel meus quoq;.

Etſi Quāq̄ Quāuiſ Licet

¶ Etſi. Quamq̄. Quamuis. licet eiuſdem ſignificationis ſunt: aliquid in utendo diſcriminis habent. Nam prima duo ſemper aſciſcunt ſibi indicatiuū dūtaxat in principio ſtatim orationum: epiſtolarꝫ: librorꝫ. Alia duo in hoc loco raro. In cæteris oīa indifferenter. Cicero pro milone. Etſi uereor iudices. & in epiſtola ad atticum. Etſi nihil noui afferebat̄. Idem de officiis. Quamq̄ te Marce fili annum iā audientem Cratippum: idq; athenis abundare oportet præceptis īſtitutiſq; philoſophiæ. Lactantius tn̄ ſc̄m librum de inſtitutione ſic incipit. Quamq̄ libro primo religiones deorꝫ falſas eſſe mōſtrauerim. Alia duo magis poſtulant ſubiunctiuum nōnunq̄ tamen & idicatiuum. Vt apud Horatiū ſic quædam epiſtola incipit. Quāuis ſcua ſentis per te tibi cōſulis & ſcis. & apud Quintilianū declamatio. Quāuis iudices in tanta malorꝫ continuationes iam poterant nihil ex accidētium meorꝫ nouitate mirari. In aliis partibus q̄ in principiis parem oīa hæc locū ſortiuntur.

tribuuntur. Prætereà Etſi ac Tametſi idem ſunt. Plinius ad Cornelium priſcum. Dedit enim mihi quãtum maximũ potuit: daturus amplius ſi potuiſſet: tametſi quid homini dari poteſt maius q̃ gloria laus & æternitas. Hic non poſſes pone/te licet & quãuis. Et appellant te homines ſapientem: & exiſtimant te malum eẽ & dicunt & ſentiunt. Illum & putant probum: & loquuntur. Hi & habentur ma li & appellantur. Diligentia honores & gignit & continet. Studio litteræ & parã tur & conſeruantur.

Etſi Tametſi Et appellant te &c.

⸿ Euentus in ſingulari generis maſculini & declinatione quartæ eſt: eius plura/li Mar. Tullius ſæpiſſime in neutro genere & declinatione ſecũda utitur: ut euẽ/ta euentorum euentis. Quidam plane impium euentum aiunt ſignificare principiũ ut apud Ouidium. Exitus acta probat: careat ſucceſſibus opto. Quiſquis ab euẽ tu facta notanda putat. Illud enim exitus acta probat: uox eſt accuſantium phil/lidem argumento: quod dictur a caſu: eos enim phillis ipſa execratur dicens. Careat ſucceſſibus opto quiſquis a caſu & non a cauſis aliquid laudat aut uituperat. Hæc Lau. Tu autem uideto in lima.

Euẽtus

⸿ Euidens negociũ dr̃ qd̃ uider & apte intelligit: non quod uidet & intelligit.

Euidẽs

⸿ Euelare eſt rem uelatam detegere.

Euelar

⸿ Euoluere libros. uide liber.

euolue/re

⸿ Exaudio. uide Audio.

exau/dio

⸿ Exautorare eſt ducem ab imperio ſuo dimittere: uel miſſum facere militem: il/lumq; donare miſſione militię plerũq;.

exauto/rare

⸿ Excedo. uide decedo.

excedo

⸿ Excogitare eſt per cogitationẽ inuenire: idq; ad res tm̃ incorporeas ptinet: ut excogitaui argumẽta rõnes figuras cauſas: eſt igit̃ excogitare cõſilii. Reperire uero fortunæ: ut Ouid. Tu non inuenta: reperta es. Sed iam uſus obtinuit: ut idẽ reperio ſic quod inuenio. eſt aũt inuenire uel conſilio uel caſu ſiue corporea ſiue incorporea reperire. Offendo fere qd̃ Reperio. Cic. Sed tamen neminem tã maleficũ offendi &c. Nactus ſum etiã pro inueni ſiue repperi: frequenter accipitur. Cicero de uite. Quicquid eſt nacta complectitur.

excogi/tare Repire Inueni/re Offẽdo Nactus ſum p inueni aut rep/peri

⸿ Excogitare. uide etiam cogito.

⸿ Excretus ab excreſco eſt: hic excretos hedos. Virg. dixit: participium eſt in uo/ce paſſiua actionem ſignificans.

excret⁹

⸿ Excubiæ diurnæ & nocturnæ. Vigiliæ tantummodo nocturnæ.

excubie Vigiliæ

⸿ Excuſare. uide cauſari.

excuſar

⸿ Exẽplum (inquit Feſtus) eſt qd̃ ſequamur: aut uitemus. Exemplar ex quo ſimile faciamus. Illud aio eſtimat̃: iſtud oculis conſpicit̃. Mihi aũt licet feſtus ſcien/tiſſime de exponendis uocabulis loquat̃: aperienda tamen magis horum nomina differentia. Nam & Exẽplum eſt ex quo ſimile faciamus: ut opera Homeri exẽ/plum ſunt poemata ſcribere uolẽtibus. Quint. lib. x. Ruſtici pbatam experimento culturam in exẽplum intuent̃. Et exemplar aio quoq; eſtimat̃. Cic. de oratore. Illa oratio fuit mihi exemplar bñdicendi. Cæterum exemplum eſt ipſa res quam imitamur: aut ſi ita fors tulerit deuitamus in aliquo: ut in Catone. Cato autẽ ipſe exẽplar: illud contentum: hoc continens. Qd̃ ſi indiſtincte his duobus licet uti non ſane repugnabo. Reperit̃ etiam exẽplarium pro exẽplar. Plinius lib. vi. Iuba hæc omiſſit in hoc tractatu: niſi exemplarium uitioſum eſt.

exẽplũ exẽplar

⸿ Exheredare. uide abdicare.

Exhere dare

¶ Exhibere illi negocium. Et facere uel faceſſere negocium: eſt alterꝫ moleſtia ac labore afficere: frequēter quidem per accuſationem. Ci. lib. iii. offi. Quod quū amiſſet adoleſcēs negociū uidelicet exhiberi patri: hoc eſt patrem accuſari: uel moleſtia laboreqꝫ affici. Quint. lib. y. Quando ſi negocium innocēti facit: liberet eū noxa qui admiſerit. i. inocētem reū facit. Cicero ad appiū. Cum eſt ad nos ablatum de temeritate eorꝫ qui tibi negocium faceſſerent. i. accuſarēt inſectarent: ad pœnam uocarent. Negocium aūt ſæpe pro labore apud hūc præſertim legimus: ut in lib. de na. deo. Dii nec habent negociū ipſi: nec alteri exhibent.

¶ Exiſtimo. uide eſtimare.

¶ Exiſtimatio. uide Veni in opinionem.

¶ Exiſtit & Extat: quorꝫ unum atqꝫ idem pteritum eſt. Simile quiddam ſignificat qđ eſt eminet & ſupeſt. Sed pmum cū motu. Alterꝫ ſine motu. Vt illud ſic prodit uel exurgit: hoc uero ſuperſtat. Ci. de diuinatione. Submerſus equus noraginibus nō exiſtit. Item uocē ab ede iunonis ex arte extitiſſe. De rebus quoqꝫ mētis exiſtere dicimus. Vt idem in Lelio. Exiſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis. De extare unū exēplum Virg. lib. iii. geor. ſuffecerit. Stāt circūfuſa pruinis. Corpora magna boum: ↄfertoqꝫ agmine cerui. Torpēt mole noua & ſummis uix cornib⁹ extant. Quo fit ut de libris q demortui nō ſunt dicamus extare: ut extant paucīſſimi Varronis libri plurimi nō extant. Nā ut de hoie qui adhuc uiuit loqmur ſupereſt: quaſi nō ſubter eſt. & in tenebris latet ita de rebus extat quaſi extra ſtat: nō intra & in tenebris latet. Ci. in ora. Quæ ut ſcis extat oratio.

¶ Exoletus ab exoleſco eſt: qđ dum eſt ſubſtantiuum ſignificat ſcortum maſculum & præcipue iam adultum. Dum eſt adiectiuum ſignificat adultum ſed raro reperitur. ut apud Plautum. Reliqui domi exoletam uirginem. participium eſt in uoce paſſiua actionem ſignificans.

¶ Exoraui hoc munus: idem eſt quod orando impetraui. Exoraui patrem: ideſt orando induxi.

¶ Exhorreo. uide abhorreo.

¶ Expaueſco pro ſuo primitiuo accipitur.

¶ Expendere. uide appendere.

¶ Expeto. uide appeto.

¶ Explodo. uide complodere.

¶ Exploratum eſt mihi. uide compertum eſt.

¶ Exploraui. uide ibidem.

¶ Exploratores. uide ibidem.

¶ Exprobro uerbum a Probro componitur: quod ſignificat tum qualemcūqꝫ culpam impropero. ut apud Ouidium lib. xiii. meta. Trepidoqꝫ fugā exprobrauit amico. Tum ingratitudinis. Teren. in and. Nā iſtec cōmemoratio q̄ſi exprobratio eſt immemoris beneficii. Exprobrare ergo benefacta ſua eſt immemorē beneficii accepti inculpare. Imputare uero ſemper citra reprehenſionem. Quin. Imputas nobis propitios uentos & ſecūdum mare. Imputare nōnunq̄ pro computare. Caius. Et omni quadranti imputanda. Reputare quoqꝫ in idem ſignificatum. Vlpianus. Sumptus litis tutor reputabit.

¶ Expugnare. uide debellare.

¶ Ex ſnia aliquid habere: & ad uotum: licet illud uideaꝫ rōnis eſſe. hoc affectus cuiuſdam: eadem tū fere ſignificationis ueniūt. ut Quintilianus. Habes ne uxorē

Exhibere | Facere uľ faceſſere negocium | Negocium | Exiſtio | exiſtimatio | exiſtit | Extat | Supeſt | exolet⁹ | exoraui | Exhorreo | expaueſco | expēdo | expeto | explodo | exploratum eſt | exploraui | Exploratores | Exprobro | Imputare | Reputare | Expugnaꝛ ex ſnia | Ad uotum

ex animi tui ſnia? Et alibi. Et ad omne uolū fluente fortuna laſciuit ocium.

¶ Extēpore dicere: eſt ex improuiſo & impremeditatū dicere: nec domi cōpoſitā orōnē afferre. hinc uocaī extēporalis orō. Perſius etiā ait. Extēpore uiuere: extēpore quoq; agere. Ci. li. ii. offi. Quos credimus expedire rē: & cōſiliū extēpore capere poſſe. Extēpore quoq; exponiī p extēporis cōditione. Cicero lib. iii. offi. Vnius generis q̄ſtiones ſunt hæ oēs: in quibus extēpore officium quæritur.

¶ Exturbare. uide deturbare.

¶ Ex uinculis cauſam dicere: eſt alligatum reſpōdere criminibus: ut ex equo pugnare eſt in equo ſedentem pugnare.

¶ De litera F.

FAber multiplex eſt lignarius & hic nō unius generis: ferrarius nec hic ſimplex: lapidarius qui & ipſe in multas diuidiī ſpecies.

¶ Fabrica eſt ꝓprie lignarii: ut aurificis aurificina. cauponis caupona.

¶ Facies magis ad corpus: uultus ad aīum referī atq; uolūtatē uñ deſcendit. Nā uolo ſupinū habebat uultū. Inde dicimus irato & meſto uultu potius q̄ facie. & cōtra lata aut lōga facie nō uultu: a quo cōpoſitum eſt. Supficies nō ſane diſcrepans a ſuo ſimplici: ut facies terræ: q̄ſi ſupficies. & facies hois: quaſi pmum illud qd̄ intuemur in homine. eſt tñ aliqū ubi utroq; uti liceat: ut fedata facie & fedato uultu: ſciſſa facie & ſciſſo uultu: conuerſa facie & conuerſo uultu.

¶ Facile pro nō dubie. Ci. in rabirio. Vir unum totius grecię facile doctiſſimū Platonē. Idem pro roſcio. Nobilitate facile princeps. Vbi aduertendum iūgi cum ſuperlatiuo & cum princeps: qa ſuperlationē ſignificat. Itē cum præcipuus: cū primus: cum ſecundus: & ſi qua alia ſunt. Quint. de erupide loquens. Facile præcipuus & admirandus maxime eſt. Sic facile primus. Vel facile ſummus. Facile uero ſecundus dicimus non ad ordinem reſpicientes: ſed ad dignitatem. quale eſt. Tu eſt facile ſecundus ab rege. Hoc eſt facile poſt regem primus.

¶ Facio te certiorē: nō certū: & ſemp facio nunq̄ ago. Virg. tñ anchiſen facio certum: ideo dixit qa ſyllaba breuis inter lōgas non pōt collocari in uerſu.

¶ Facio tibi poteſtatem eundi & redeundi. uide indulgentiam.

¶ Facio tibi gratū. nunq̄ ago tibi gratū. facio ludos. facio rem diuinam: facio ſacrificium. facio ſolēnitatem: nunq̄ ago. & multa huiuſmodi. Itē feci iacturā. feci damnum. feci naufragiū. Vix unq̄ paſſus ſum iacturā: dānum: naufragium. feci tñ fugam ꝙ ego fugi alterꝝ: nō ꝙ alter me. feci timorem ꝙ ego timui alterum non ꝙ alter me. Item feci iter non egi iter. Aliquando etiam feci uiam. feci copiam tibi rerꝝ mearum. nunq̄ egi aut dedi aut præſtiti copiam. feci poteſtatem tibi uidēdi res meas domeſticas: non autem dedi. feci lucrum non autem acquiſiui lucrum. Vrinam fecit: ſtercus fecit. non autem emiſit.

¶ Facio tibi iniuriam. & facio tibi contumeliam. Afficio te iniuria. & afficio te cōtumelia. facio tibi moleſtiā: non ita libenter dixerim: ut afficio te moleſtia.

¶ Facio ſermonem. uide habui orationem.

¶ Factio eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia: quum aliqui ſe principes ac primarios in ciuitate efficere conantur. Inter quos emulatio eſt qui & factioſi dicuntur: pro ſe quiſq; q̄ maximam poteſt ciuium multitudinem qui clientes uocantur ad ſe trahens ſibiq; quouis pacto per fas nefaſque conciliens quæ peſtis inteſtina cunctas ciuitates dumtaxat Italiæ infecit. Seditio autem uel a ſecrſum ſedendo: uel ut Ciceroni placuit: a ſeorſum eundo dicta tunc eſt: quum populo ſecum

Extpe dicere
Extpe uiuere & agere &c.
exturbare ex uiculis & cæ ex quo
Faber
Fabrica aurificina
Caupona
facies
Vultus
Superficies
Facile
facio te certiorē
facio poteſtatē
facio gratū: ludos: rē diuinā &c.
Feci iacturam dānum & cæ.
Facio iniuriam
Afficio iniuria & cætera
Facio ſermonē
Factio
factioſi
Seditio

diſcordare res ad manũ uocatˀ:qualem ciuitatis ſtatum.Virg.deſcribit.i.æneí.di cens.A c ueluti magno in populo quum ſæpe cohorta eſt.Seditio ſæuitq; animis ignobile uulgus.Iamq; faces & ſaxa uolant.furor arma miniſtrat.Similiter dici tur.Seditio in exercitu:in claſſe:in ſchola:& ſi quid eſt tale.

factioſ⁹ ¶ Factioſus qui amat factiones:ut Seditioſus qui amat ſeditiones.

falſus ¶ Falſus qui fallit.ut Terentius.Cenſen me aliquam cauſam fictam falſam in/ eptam ſaltem potuiſſe prologui.Aliquando & paſſiue:ut idem.Charine.falſus es.i.deceptus.& Saluſtius.Nec ea res me falſum habuit.

fama ¶ Fama.uide limam.

faſtidioſus ¶ Faſtidioſus ſemper actiue ab auctoribus accipi ſolet pro eo.ſ.qui faſtidit.

fatuus ¶ Fatuus plene inſipiens eſt:tractũq; eſt a ſapore ciboꝝ.Nam quum illi non ſa piunt fatui dicunẗ.ita homo qui nõ ſapit fatuus uocatur.Martia.Vt ſapiant fatuæ fabroꝝ prãdia bete.O q̃ ſæpe petet uina piperq; coquus.Melior huius uocabu li uideẗ hæc cã q̃ ea:q̃ quibuſdã placet:fatuos dictos a furore quodã quaſi uxor

Stultus

Stolid⁹ regis fauni fatua noĩe corripi ſolebat:futura pdiceſt:ut illa faciebat.Stultus autẽ dicit qui ĩprudens eſt & ĩprouidus:multiq; non inſipientes homines aliquando ſtulte agunt.Stolidus eſt qui proxime accedit ad naturã ſenſumq; pecudum.

felix ¶ Felix q recipit felicitatem:& qui dat.Virgi.Sis felix noſtrumq; leues quæcũq; laborem.pro eo quod eſt ſis proſpera & benigna.Vide etiam Beatus.

femen ¶ Femen.uide coxa.

femur ¶ Femur.uide ibidem.

fere ¶ Fere ſignificat pœne:cuius ſignificatio eſt paulũ abſuit quin ut pœne ſiue fe re in manus hoſtium incidi.i.paulum abſuit quin in manibus hoſtium inciderẽ Altera ſignificatio eſt quum itelligitur aliqua uniuerſalis.ut Quin.hæ ferę ſunt emendatę loquendi ſcribendiq; partes.i.fere oẽs Ideoq; illud oẽs adiungiẗ.ut idem.Nam in omnibus fere minus ualent præcepta q̃ experimenta.

fero ſententiã ¶ Fero ſententiam.uide dico ſententiam.

fero leges ¶ Fero leges.uide ibidem.

fero tibi acceptum

Acceptilatio ¶ Fero tibi acceptum idem eſt quod refero tibi acceptum pro eo quod eſt fateor me hoc abs te accepiſſe quod mihi debebas etiam ſi ſolutio nulla interceſſit.Vñ fit acceptilatio quam Iuſtinianus per iterrogationem & reſponſionem fieri uult. De refero uide plura in.R.

ferus

ferox ¶ Ferus homo qui animum ferinũ obtinet:ut leones.urſi.lupi.ferox q panimo ſus eſt ad certandum cum altero & ad uim alteri faciendam atq; nocendum.

ferri ¶ Ferri proprie quæ dicuntur.uide agere.

ferruminatur

ferruminatio ¶ Ferruminatur cõglutinaẗ:coaleſcit:colligaẗ.Pli.lib.xi.c.lyii.Et medulla ex eo dem uideẗ eſſe.a iuuenta rubens & ſenecta albeſcens:nõ niſi carnis ex oſſibus & cruribus iumentoꝝ aut canũ.quare fracta nõ feruminanẗ qd̃ defluẽte euenit medulla.Idem li.xxxyii.Infeſtaẗ plurimis uitiis ſcabro ferrumine & quaſi glu tino & cõmiſſura ſiue iunctura ſiue ligatura.Ferruminatio Caſſius ait p eandẽ materiam facit cõfuſionem.Plumbatura nõ efficit.Vt autẽ oſtendimus ferrumi natio nõ utiq; per eandẽ materiã facit cõfuſionem:ſed interdũ quoq; per aliã. plumbatura per ſolum plumbum efficit cõfuſionem ut ipſum indicat nomen.

feſſus ¶ Feſſus.uide laſſum.

feſtus

feſtiuus ¶ Feſtus dies potius q̃ feſtiuꝰ.Res feſtiua potius q̃ feſta.Nã feſtus feſta feſtũ ad diẽ feſtũ pertinens.feſtiuus feſtiua feſtiuũ res iucũda & lepida.ut oratio f. ſtiua:

dictum feſtiuũ. frõdem feſtiuã legimus: nõ quæ ad feſtũ cõparata ſit: ſed q̃ iucũ/
da & lęta. Nã & feſtã frõdẽ uocam⁹ q̃ feſtis adhibet̃. feſtiuũ m̃lu p feſto accipiũt. Fictile

Fictile uas quod fictum eſt a figulo non quod fingi poteſt. fictitia

Fictitia ratio quæ ficta eſt. ficus

Ficus pro fructu in ſecũda declinatione d̃r & q̃rta. Horatius. Pigũbus & ficis
paſtũ iecur anſeris albi. Et Pli. ad Ruffum. Quæ nũc cũ ficis & holeribus certamen
hñt. Mart. Res mira eſt ficus nõ hẽt unus ager. Pli. li. xv. Cũ & oblõnũ uicem ha
beãt recẽtes ficus. Ficus itẽ p arbore etiã ſecũdę & q̃rtæ declinationis legit̃. Iuue.
Sterilis mala robora fici. Cic. de oratore. Vxorem ſuã ſuſpẽdiſſe ſe de ficu. Pro ul
tio aũt ſecũdę eſt declinatiõis & generis maſc. licet Priſcianus quartę eſſe uelit. ficuln⁹

Ficulnus ficulna ficulnum pro materiato ex ficu d̃r. ut a populus populnus. &
a corylus colurnus. & ab abies abiegnus. ab ilice ilignus. Fides

Fides dicendum eſt nõ fidis in nõiatiuo. Põpeius enim feſtus ita ſcribit. fides
genus cytharæ qđ t̃n inter ſe chordæ eius q̃tum iter hoĩes fides ɔcordet. Ergo fidicula
fides dicẽdũ eſt cuius diminutiuũ fidicula uel parua cythara uel chordula. Fidi/ fidiculę
culæ uero in plurali pro inſtrumẽto torquẽdi ex duobus ut reor & obliquatis li
gnis cõpactum. uel ab extorquẽda fide ac ueritate. uel a neruis funibus uiculiſq;
quibus ad illum modum homines torquendi alligantur. Fides

Fides ꝑprie latine dicitur probatio: ut facio fidem per inſtrumenta. per argu/
menta: per teſtes: fides etiam pro credulitate accipitur. quale eſt habeo tibi fidẽ.
Recte igitur etiam noſtra religio nominata eſt fides. Fiens

Fiens in ſimplici ſuo non reperit̃: nec quod ab hoc formaret̃ fiẽdum. Didimus fiẽdum
itaq; caleſcens & calefaciẽdus. Nec deſunt qui fiẽs utant̃: ſed in cõpoſitione: ut in Liq̃fiẽs
pſalmo undecimo. Et factum eſt cor noſtrum tanq̃ cera liquefiens in medio uen/ Liquie/
tris mei: idq; a liquefio eſt. A liqueſco uero liqueſcens eiuſdem ſignificationis cu ſcens
ius liquefiens: paſſiue enim accipiuntur. Filia/

Filiaſter qdã utunt̃ p priuigno: q; imitat̃ filiũ. Illa enim diminutiua quæ fiunt ſter &
in aſter imitationẽ potius ſignificãt q̃ diminutionẽ. Neq; mea rõne d̃r oleaſter q; alia in
ſit pua olea: ſed qđ ſilueſtrẽ oleam imitat̃. uide etiã in Antoniaſter. aſter

Filius q nat⁹ oratores ſæpius dicũt. ſæpius ẽt p̃r q̃ genitor m̃r q̃ genitrix. Sed Filius
parens p utroq;. Etiã ſæpe hõ potius q̃ uir: q̃le hoc eſt: illi deduxerunt hoĩem in Pater
paleſtrã. Poetæ potius ecõtrario: hiſtorici mediam quãdam uiam tenent. Mater
Parens

Fingere. uide effingere. fingere

Fiſſilis arbor: fiſſile lignũ: fiſſile robur: tum q̃ñ fiſſum. cuneus enim d̃r fiſſile li fiſſilis
gnũ: tũ qa findit̃: q̃ñ fiſſibile. Pli. lib. xvi. hæc maxĩe fiſſilia: alia frangi celeriora q̃ fiſſile
findi. Itẽ pauloꝑoſt. Nulluſq; fiſſile rimis hoc lignum: hoc eſt fiſſum.

Fenero tibi dicit̃ ſicut mutuo tibi: feneror abs te: ſicut mutuor abs te. Qui mu fenero
tuat pecuniam dat mutuo. Qui fenerat pecuniam dat ad uſuram. Qui mutuatur feneror
pecuniam mutuo accipit. Qui feneratur pecuniam ad uſuram accipit. hæc Lau. Mutuo
Tu uero aliter in lima leges. mutuor

Feneratitia res quæ ad fenus pertinet. Fenera titius

Fenus dicitur naturalis fructus terræ: poſtea autem ad uſuram tranſlatũ qua/
ſi pecunia per ſe fructum producat ſicut terra. Fenus

Fœtus. uide catuli. Fœtus

Fœtuoſus a fœtus dicitur non fetoſus: quæ enim quartæ ſunt declinationis aſ Catul⁹
ſumunt u. ut uultuoſus. fructuoſus. fetuoſus

Fetura

¶Fetura.uide ibidem.

Folia

¶Folia.uide frondes.

formidoloſus

¶Formidoloſus pariter actiue paſſiueq; accipit. Ter. egon formidoloſus: ideſt ego ne qui timeã. Saluſtius. Regibus boni q̃ mali ſuſpectiores ſunt: ſemperq; illis aliena uirtus formidoloſa eſt: ideſt quæ formidatur.

Fore forem fores foret

¶Fore qdem habet uocẽ infinitiui: ut eſſe: ſignificationẽ uero participii: quod eſt futurũ una cũ infinito eſſe. Idẽ eſt enim fore qđ futurũ eſſe non tm̃ eſſe. Licet forem fores foret: idem ſit quod eſſem eſſes eſſet. Quare cum noie iungi hẽt fore: non cũ participio: ne duo participia ſimul confundamus: ut ſpero te amatorẽ uel amicũ fore. Non aũt amaturũ fore ſed tm̃ amaturũ: ne uidearis hoc dicere: te futurum amaturũ: quod ratio nõ patit: cũ futurũ ſupuacuũ ſit. Item de participio paſſiuo futuri. Timeo te uerberãdum fore: ſatis erat uerberãdũ: uel adiũcto infinito uerberãdũ eſſe. Participia aũt pñtis tẽporis & ꝑteriti ſæpe cũ fore iungunt ſi illa in nomẽ tranſeũt: ut ſpero te ſapientẽ fore: credo me amantẽ tui fore: nõ te. ſeruat enim naturã nois non participii: opinor te acceptũ illis fore non ab illis. Quando etiam futuri participium paſſiuũ in nomẽ reuertit: tunc recipit fore: ut ſpero hunc puerũ admirandum uiꝝ fore. i. admirabilem. hæc Lauren. Tu tamẽ in lima de fore cum participio paſſiuo futuri aliter etiam leges.

Flagella

¶Flagella. uide pulſare.

flagito Poſtulo

¶Flagitio uehemẽter & pluſq̃ poſtulo: ut Cic. pro Quintio. q̃q̃ hoc cauſa poſtulat & ſi poſtulat: nõ tñ flagitat. Poſtulo aũt eſt quodãmodo requiro: ut res locus perſona tẽpus cauſa poſtulat: & tanquã rem iuſtam peto. Curtius. Poſtulabat autem magis q̃ petebat: niſi accipimus: ut Varro apud Seruium uult: humiliter petebat. Sic enim ait. Poſcere eſt cum aliquid pro merito noſtro depoſcimus. Petere uero eſt quum aliquid humiliter & cum precibus poſtulamus. Petere præterea eſt in bonum & in malum: ut pater laudem filii petit. Multi filii petunt mortẽ patris.

Peto

Peto utiq; cum ablatiuo in malam partem accipitur: ut peto te gladio. peto te ueneno. peto te inſidiis. Nã illud apud Virg. Malo me galatea petit laſciua puella. Idem eſt quod malo me inceſſit & pomoꝝ iactu percutere me ſolet.

Poſco Repoſco Expoſtulo

Poſco eſt ꝓprie rem debitam & honeſtam peto. Inde repoſco quod eſt rem meam: & qđ mihi debes reddi peto. Expoſtulo eſt cum quærela apud amicos requiro & quaſi officium amicitiæ in alio deſidero. ut Teren. in adel. Quam ipſi fecerunt ultro iniuriam expoſtulant. ſed frequentiſſime poſt ſe habet ablatiuum ſeruiente præpoſitione cum: ut quid habes quod mecum expoſtules.

Flagitiũ

Flagitiũ ꝓprie in libidine eſt: q̃ſi flagris dignũ crimẽ: ſed ꝓ cæteris quoq; peccatis accipit. nec tñ turpibus: ueꝝ his etiam quæ per negligẽtiam: iprudẽtiam: obliuioneq; cõmittunt. ut Ci. in Bruto. Tãtam ne fuiſſe obliuionẽ inqt in ſcripto: pręſertim ut ne legens quidem ſenſerit quãtum flagitii admiſiſſet. i. erroris.

Flere

¶Flere. uide eiulare.

flexilis

¶Flexilis ramus. flexiles uites. q flexæ ſunt & lapſu erratico torquentur.

Fluuiatilis

¶Fluuiatilis piſcis incola fluuii.

frãterculus mãterculus

¶Fraterculus a frater diminutiuũ eſt. ut pater paterculus. A mater matercula.

fraudulosus.

¶Fraudoloſus qui fraudem facit: quod a fraudula diminutiuo uidetur uenire potius q̃ a fraude.

Frango

¶Fregit nauim. fregit brachium dicimus. quaſi ipſe fregerit & ipſe egerit, & nõ potius paſſus ſit. Teren. Is fregit nauim apud Andrum.

¶ Fremitus dicitur ex alto mari ſonus fluctuum:& in populo murmur. Item uox Fremi-
orationiſq; & indignantis & excandeſcentis:& quaſi humanam uocem præ iracun tus
dia imitantis. Strepitus fit ex corporum tactu ex colliſione rerum & multarum Strepi-
uocum in unum confuſione:ſi modo non ſit immodicus: tunc enim fremitus dici tus
tur. Stridor eſt acrior & quaſi ſibillans colliſio. Strepitus tñ proprie pedum am- Stridor
bulantium manuumq; aliquid pertractantium ſonus eſt.

¶ Crepitus autem quid ſit. uide in. C. crepit?

¶ Frequentẽ locum dicimus quem frequẽtare multi ſolẽt. ut urbs frequens. pla- frequẽs
tea frequẽs. ubi multi homines aut habitant:aut diuerſant. Quando aũt de pſo-
na aut de aĩata loquimur duobus modis dicit. uel de ſola ſic. Sit miles frequens
ſpectator pliorum:ideſt creber & aſſiduus. Vel de turba ſic. Sit frequens populus.
frequens ſenatus:ideſt copioſus & multus. & quidem cum noĩe collectiuo in ſin-
gulari:cum cæteris uero in plurali, ut frequentes ciues. frequẽtes ſenatores: hoc
eſt multi & numeroſi. Verũtamen quum dico ſis frequens innuo actionem:quã
dico frequens locus paſſionem. Ille frequentat. hic frequentat.

¶ Friget idem quod frigidus eſt. Friget

¶ Fretus ſignificat ɔfiſũ. ut fretus fortaſſe familiaritate:q̃ ẽ ei tecũ:auſus ẽ ɔfiteri. Fretus

¶ Frondes arborum ſunt tantum. folia autem & arborum & herbarum & florum
quoq;. hæc Lau. Tu uero aliter in lima leges. Frõdes

¶ Fructuarius cuius eſt fructus. Folia

¶ Fruges quicquid ex fructu terræ in alimoniã uertimus. Seges uero eſt eorum fructua-
ſeminum ex quibus conficitur panis:nondum demeſſa. Nonnunq̃ ſubactam hu rius
mum ad accipienda ſemina ſegetem uocamus. Virg. Illa ſeges demum uotis re- Fruges
ſpondet auari. Agricolæ:bis quæ ſolem:bis frigora ſentit. Seges

¶ Frutex eſt q ad iuſtã magnitudinẽ arboris nõ aſſurgit. & ſtatura ſimilis ẽ mu- Frutex
tis herois:ſed nõ demoritur:neq; areſcit ut herba:ſed perẽnis eſt. iter frutices eſt ſo fruticari
boles quoq; illa arborum & plãtula. Hinc fruticari uerbum:quaſi fruticẽ renaſci ex
arbore. M. Tullius ad Atticum. Exciſa eſt enim arbor nõ euulſa itaq; q̃ fruticet
uides. Nam illud qđ ſæpe legimus fruticari pilum tranſlatum eſt.

¶ Frui & uti hoc differũt. Vti eſt alterius rei gratia: frui nullius. ſed pp ſe. q frui Frui
eſcit & cõtentus eſt. Qui utit nunq̃ cõtentus eſt:ſempq; ulterius tẽdit. Ideoq; re Vti
prehẽſus eſt Hãnibal:qui cũ poſſet uti cãnenſi uictoria frui maluit. Vtor armis.
utor domo. utor libris. utor ſtudio. diligẽtia. opera. q ex hoc poſtea emolumenti
aliquid boniq; cõſequar. Fruor bonis meis. fruor tuo aſpectu. tuo alloquio. tuo
cãtu. hoc eſt delectationem uoluptatẽq; percipio ex hac re:atq; ex huius rei uſu.

¶ Dicimus tñ nõnunq̃ utimur p fruimur. Vt utor pane tritico. utor ficis. Deniq;
frui eſt delectationem capere ex utendo. Itaq; in idẽ reddũt:frui delectari uolu- Vtor p
ptatemq; capere. Vtor ſignificat etiam cõuerſor. Cice. ad Celium Fab. uiro opti ɔuſor
mo & hoĩe doctiſſimo familiariſſime utor. Et inde fit uſus:ut uſus fuit mihi tecũ Vſus. i.
ideſt cõuerſatio:familiaritas & cõſuetudo. Quint. Mulierẽ cum qua longa ɔſue- ɔuſatio
tudo ſeu longus illi fuerat uſus. Ponitur item uſus pro utilitate & fructu. Nam ſo- Vſus. i.
lemus aliqua re ideo uti ut ex ea fructum percipiamus. utilitas

¶ Fungor aũt idem eſt qđ offm̃ munuſq; ago. ut fungor magiſtratu. pͭura. lega- Fũgor
tione. fungor officio delegato. uel munere iudicis. fungor uero uita. i. fungor offi Defun-
cio uitę. & munere adminiſtrãdi gubernandiq; corpus. Inde defunctus eſt uita: ctus
ideſt finiuit officium uitę. Legimus etiam. Defunctus morte. i. mortem finiuit.

Et defunctus periculis. ꝙ finita ſunt pericula. Et defuncta morbis corpora. ꝙ fi
niti ſunt morbi corporum. De potior autem uide in. P.
Potior ¶ Fuluiaſter fuluii imitator.
Fuluia/ſter ¶ Fundus cõtinetur ab agro. Singula enim prata. ſingulæ uineæ. ſinguli horti.
ſingula oliueta. pomaria. ſalicta. arbuſta. paſcua. nemora. loca aucupatoria. uena
Fund⁹ toria. piſcatoria. ſiue uillam atq; edificium. ſiue piſcinam. ſiue aluearia. ſiue uina/
ria habeant ſiue non habeant: ſinguli fundi ſunt: & hoc quidem in agro. ager. n.
continet fundum. non continetur a fundo.
¶ Fundum eſt ima ps rei: proprie aliqd liquoris intra ſe cõtinentis: aut ad conti/
Fundũ nẽdæ factũ: ut doliũ: ut nauis: ut alueus: uel fluminis: uel lacus: uel ſtagni: uel ma
ris. Nã fundum ruris ut quidã ſcripſerunt ipſe nõ dicerẽ. ¶ Fundamentum ut oĩ
funda/mẽtum bus liquet aliud eſt q̃ fundũ. Et tñ fundare magis ad fundamentũ q̃ ad fundum
pertinet: fundamus enim domũ non nauim aut doliũ. Fundare & fundamenta
fundarẽ iacere differunt ꝙ fundare eſt ualidis fundamentis fulcire: fundamenta uero ia/
funda/mẽta ia cere quaſi qualiacũq; fundamenta facere: & quodammodo dare ei principium.
cere Suetonius de uita Caii. In ara capitolina nouę domus fundamenta iecit. & per
tranſlationẽ. Ci. In quo tẽplo q̃tum tum in me fuit ieci fundamenta pacis.
¶ Fungos. uide frui.
Fũgor

¶ De litteria. G.

Gaudere proprie eſt intrinſecus: lætari extrinſecus.
gaudẽ Lętari ¶ Gemere. uide eiulare.
gemere ¶ Gemmas. Plinius oẽs lapides precioſos (præter margaritã) noie unio
gẽma rum: quod tantum latina lingua habet. appellat. Eſt autem Margarita ſi/
ue margaritũ q̃ in cõcha naſcit̃. & conchyliũ dicit̃ quã uulgo Perlã appellant hæc
etiam uocat̃ Vnio: ut idem Pli. ait. quia nunq̃ niſi diſtincta reperiat̃. Eſtq; gene/
ris maſculini. Nã fœminini illud quo nũc quidã p unitate utunt̃ nec auctoritate
nitit̃. Neſcio enim apud quẽ reperiat̃: nec arte cũ deberet eſſe maſculini potius ge
Lapill⁹ neris: ut Talio: ſtellio: curculio. Lapillus aũt generale nomen eſt oĩum paruoꝝ
lapidũ: ſed ſubintelligẽdo precioſum idem quod gemmula.
Gena ¶ Gena illa mẽbrana dr̃ & quaſi ueſtis: qua oculus tegit̃: quũ cõniuit. i. aperitur
Mala & claudit̃: hoc eſt. n. cõniuere. Mala uero illud inter genã & buccã quaſi rotũdũ
in ſpecie mali. Cuius interior pars eſt q̃ oris hiatũ efficit: ubi molares affixi ſunt.
maxilla Maxilla dicitur: nomẽ diminutiuũ nõ re ſed uoce. Malã quoq; genã dici plinius
Genui/n⁹ dẽs fatetur. Ait enim infra oculos malæ homini tñ: quas priſci genas uocabant: ideo/
q; dens ille intimus & ipſi genæ affixus genuinus dicit̃: q quia maxime latet ea
Gñali/ter re factum eſt iam tritum uetuſtate prouerbium: genuino rodere dente: ideſt la/
tenter per inuidiam capere famam alterius.
Gñati ¶ Generaliter ſignificat omnia ſimul q̃ ſub genere ſunt amplectẽdo: generatim
uero per ſingula genera: ſeu magis p ſingulas ſpecies. Siquidem ſpecies genera
Geni/trix uocamus: ut quot ſunt genera arborum: quot ſunt genera uitium: potius q̃ quot
ſunt ſpecies. Virg. generatim diſcite cultus.
Genui/nus dẽs ¶ Henitrix. uide filius.
¶ Genuinus dens. uide gena.
giũs ¶ Gtĩs oĩs aut actiue aut paſſiue accipit̃. Adde etiã poſſeſſiue: qđ pene p acti/
quõ ac/cipitur ue accipio. Actiue: ut puidẽtia dei: bonitas dei. Paſſiue ut timor dei: cultus dei.
Ibi deus prouidet: & benigne agit: nõ ipſi puidet̃ & benigne fit: hic timet̃ & coli

tur:nō timet nec colit. Poſſeſſiue ſedes dei:regnum dei. Atq; ut in hmōi oratiōe intellectus apertus atq; unus eſt:ita in illis ambiguus & anceps:amor dei:charitas patris:ſuſpitio uxoris. Dubium eſt de utro loquaris:an de amorē quem deus in nos habet:an de eo quem nos in eum. de charitate patris in filios an filiorum in patrem:de ſuſpitione maritali:an de ſuſpitione uxoria.

¶ Gerūdia licet a pticipiis differant:tñ ppe inter pticipia numerari pñt. Supina iter uerba. Meritoq; paticipalia uocata ſunt. Nā & caſus & genera habēt: ex quo uerba nō ſunt:ſed participia ſiue paticipalia. Regunt pterea caſum more uerborū participiorūq;:ex quo nomina nō ſunt poſt ſe inquā regunt:non ante.

gerundia dicuntur pticipia

¶ Gerūdia differunt a participiis: q ipſa ſignificāt adminiſtrationē rei ſine tpe: illa uero tps ſine rei adminiſtratione. Vt tenet me occupatio iuris dicūdi: gerundium eſt:nec tempus ſignifico futuꝝ:ſed rei adminiſtrationē:hoc eſt in iure dicūdo. Rurſus tenet me cura dotis numerandæ:ideſt quæ numerāda eſt:paticipiū eſt futuri ſignificatiuum ſine adminiſtratione rei.

gerundia differūt a participiis

¶ Gerundia non regunt paſſiue:ſed actiue.

¶ Gerundia noīatiuis carere dicunť:uariant itaq; per oēs obliquos: numeroſq; & gña. Nā ut ego ſentio hæc oīa habent in genitiuo:ut delectatio fruendi principatus. fruēdæ puinciæ. fruendi imperi. Moleſtia educandoꝝ filioꝝ:locandaꝝ filiaꝝ:colendoꝝ pdiorū. Regitq; is gtūs aliquādo caſum. Ci. Equidē effero ſtudio patres uſos quos colui & dilexi uidēdi. In datiuo. Vaco agro colēdo. Vineç paſtinādæ:nemori ſuccidēdo. In plurali una uox eſt triūgeneꝝ:ut uaco agris uineis nemoribus pcurandis: Qui caſus regimē nō habet:abſurdū ſit nāq; dicere. Do operā colendo agrū:uel legēdo librū. In accuſatiuo:ut eo ad ſalutādū fratrē: ad ſalutandā ſororē:ad ſalutandū ſidus:ad ſalutādos fratres:ad ſalutandas ſorores:ad ſalutāda ſidera. Qđ elegātius dicitᷣ q̄ cū regimine:ut eo ad ſalutandū fratres:ad ſalutādum ſorores:ad ſalutādū ſidera. Per alias quoq; ppoſitiōes ſimiliter. Sed iter raro habet cū gerundio ſubſtātiuū rarius regimē. Vt Liuius li. ii. Et ipſe inter ſpoliādum corpus hoſtis ueruto pcuſſus. Et iteꝝ. Inter accipiendas de ſuis cōmodis. rogatiōes. In abltō ſine ppoſitione:ut ſit iniuria fundi dño. uel defringendo ramo. uel ligno incidendo. Res eunt ordine lite eſtimanda:ideſt quū defringitur ramus:quum inciditur lignum:quum lis eſtimatur. Vel defringēdo ramum:incidendo lignum:eſtimando litem. Sed frequentius uſi ſunt ueteres ablatiuo plurali in tali genere ſermonis. ut Cicero. Orationem autem latinam pfecto legendis noſtris efficies pleniorem. i. legendo noſtra. Nam ſingulari ſolebant ſæpius apponere præpoſitionem in committendo prçlio.

gerundia qūo regunt gerundia qūo uariant

¶ Gerundii accuſatiuus cū ppoſitione nō tātum actiue accipi ſolet: ut tu es idoneus ad diſcendum. ſed etiam paſſiue:ut hæc res eſt facilis ad diſcendum.

Gerundii accuſatiuus

¶ Gerundii accuſatiuus iungit frequēter cū ad:raro cum in. Item frequēter cum ob:pp & inter:raro cum ante. Vt uado ad capiendū hoſtem. & in capiēdum hoſtem. Ego ueni ob te uel propter te redimendum. Inter nauigandum pro in nauigando ſæpe legimus. Vir. Et inter agēdum Occurſare capro cornu ferit ille caueto. Idem. Nanq; añ domādum ingentes tollūt aīos. Denigq; cū actō fere ſemper iungimus ppoſitionē pter pauca qdam quç ſunt loco. cōduco. mando. curro. habeo pro debeo: & ſiqua ſunt alia:ut faciendam ſepulturā locarent. i. darent alteri faciendam uel ipſi locarent ſe ad faciendum. utrumq; enim ſignificant non participium eſt ſed gerundium illud faciendam. Illa autem participia in nomen

Gerundii accuſatiuus cū qbus ppoſitionibꝰ iūgitur.

tranſeuntia putaui ad te ſcribendum. exiſtimaui hanc rem tractandam. cenſui
tibi illud ſignificandũ.i.dignum ſcribi tractari ſignificari.

Gerundii ablatiuo quibus præpoſitiones ſeruiũt.

¶ Gerũdii ablatiuo ſeruit in frequẽter:cæterę rarius de.ex uel e.a uel ab & cũ.
In:ut ĩ nauigãdo:in ĩlegẽdo:qđ idẽ eſt qđ in ipſo nauigare:uel in ipſo legere. De:
ut de edẽdo.de migrãdo.de agẽdo. Quinti. Quum pcipere de apte dicẽdo ce-
perimus. Etiã cũ motu. Cicero ad atticũ libro tertio. Tu quid cogites de tranſe-
undo in epirum ſcire ſane uelim. Ex uel e.ut ex defendẽdo q̃ ex accuſando ube-
rior gloria cõparať. A uel ab. Cice. Ex quo ardeſcit ſiue amor ſiue amicitia utrũ
q3.n.dictũ eſt ab amando. Et alibi. Non diſtinguit a nõ dolẽdo uoluptatem. Pli-
nius poſterior. Sermonibus dies tranſigebat quum a ſcribendo uacaret. Cũ:
ut Quintilianus. Sed ratio recte ſcribẽdi cõiuncta cum loquẽdo eſt. Regit autẽ
hic ablatiuus ſine præpoſitione caſum:ut hos accuſando:illos occidẽdo totam ci-
uitatem labefactaſti. Cum præpoſitione in etiam regit:ut in tribuẽdo ſuũ cuiq3.
Quãdoq3 uariat genera.ut in colẽdo agro.in paſtinãda uinea.in nemore excidẽ-
do. Per de ſimili modo etiam regit.ut Cicero in Tuſculanis. His præſertim co-
gnitis q̃ de nihil ſentiendo pauloãte dicta ſunt:niſi dicimus nihil aduerbium nõc
nõ nomẽ. Et uariatur per genera.ut de accuſatore cõſtituẽdo:de collocãda filia.
De prædio emẽdo. Per ex uel e & a uel ab neſcio an licet dare tali gerũdio regi-
men. Nullum enim exemplum occurrit. Variari autem per genera certũ eſt Ca-
to. Ex plaſmatis bibẽdis & aluo lauãda. Et abſtineas ab offẽdẽda republica. Sz
cauendũ ne id uerbũ ſignificet motũ quale eẽt: Reuertor ab arãdo:uel ab arãdo
aruo. Redeo a ſpectãdo:uel a ſpectãdis ludis. Cũ ſit dicendũ reuertor ab aratio-
ne.uel ab aratione arui. Redeo a ſpectaculis:uel a ſpectaculis ludoꝝ. Per cũ uix
locũ habet talis oratio ut nõ participiũ ſit potius q̃ gerũdium:ut ſedeo cũ uiro co-
ronando.i.qui coronabitur non autem qui coronatur.

Gerundia quãdo accipiũtur

¶ Gerundia oia quũ ſociata ſunt ſubſtãtiuis paſſiue accipiunť. Diſiuncta ſero
nõnunq̃ paſſiue.utiq3 ſine ppoſitione & ſine genere in caſu abltõ:ut apud Virg.
Aliť uitiũ creſcitq3 tegẽdo:hoc eſt quũ tegiť uitiũ. Et iterũ. Vritq3 uidẽdo fœmia
ideſt quum uideť fœmina. Quin. Memoria excolẽdo ſicut alia oia augeť.i.dum
excoliť:ñ ãt dũ excolit nec regit caſũ q̃le foret. Vrit fœmĩa uidẽdo a marib⁹:ſicut
dicim⁹ uruntũ uiri uidẽdo fœmias. Actũs quoq3 cũ ppoſitiõe nõ tm̃ actiue accipi
ſolet:ut tu es idone⁹ ad dicẽdũ.ſed ẽt paſſiue:ut hęc res facilis ẽ ad diſcẽdũ.qđ ẽt
ſupius patuit. Quidã nõ idoctus hac ætate ſcribere auſus eſt. Iamiã urbs in pe-
riculo capiendi eſt:pro eo qđ eſt iã urbs in periculo eſt ne capiať:ſiue hoſtis paꝝ
abeſt a capiẽda urbe. Cũ ſemp ſine ſubſtãtiuo gerũdiũ accipiať actiue. Aut ſi a
neutro uenit neutraľr. Hęc Lau. Tu uero in lima aliter leges de gerũdiis in Di.

Geſt^a

¶ Geſta.uide acta.

Geſt^us Geſtio

¶ Geſtus eſt actio quædam & quaſi pronunciatio corporis:geſtio uero admini-
ſtratio & actio: q̃uis parum in uſu eſt.

Gľioſ⁹

¶ Glorioſa uictoria.i.plena gloriæ.glorioſus homo.i.affectator gloriæ: qualis
miles glorioſus apud Plautum & Teren. uerum glorioſus quando honeſtę ſi-
gnificantię eſt pro gloria habente habitationem plenitudinemq3 ſignificat. Quã-
do inhoneſtę affectionem:ut dixi.

Gradũ facere

¶ Gradũ facere non eſt tranſitum facere:ſed ad aliquam rem gradum & quaſi
ſcalam ad alta facere. Ideoq3 quibuſdã dicitur gradum facere:ut ſi riuum tran-
ſire:ſi arborem feneſtrãue aut tectũ ſcandere uelim:ex ſaxo aut ſcamno aliquaue

aſſia re gradum facio. Quintilianus. Interim ad ea quæ ſunt potentiora gradum ex his feciſſe contēti. Cicero contra Rullum. hunc quaſi gradum quendam atq; aditum ad cætera factum intelligetis.

¶ Gratum facere eſt quidam minus & prope illud quod obſequi & inſeruire: ut Cice. Si hunc iuueris gratiſſimum mihi feceris. Gratū facere

¶ Gratificari eſt quidam maius: ut deum gratificari hominibus dicimus nō autē gratum facere: quaſi idem ſit quod beneficia conferre. Gratificari

¶ Gratulari eſt uerbo teſtari: te gaudere fortuna ac felicitate alterius apud eum ipſum: qui affectus eſt felicitate. Nōnunq̄ apud teipſum ob tuā felicitatē. Ideoq; fere poſtulat datiuū: ut gratulor tibi ob tuam ꝑtunā adeptam gratulor manibus meis: quibus ut te contigerent datum eſt. Quintilianus ꝙ miſera puella non gratuletur ſibi: ꝙ illam pauper accuſare iam poteſt. Poetæ nonnunq̄ prætereunt datiuum: utiq; cum fuerit pronomen: quæ fuit cauſa ut quidam eſtimarent: quorū eſt Apuleius: hoc uerbum idem ſignificare quod gaudeo. Ouidius in heroibus. Gratulor œbaliam titulis accedere noſtris. gratulor i quam tibi uel mihi uel nobis: Item tertio de arte. Priſca iuuent alios: ego me nunc deniq; natum gratulor. ſubintellige mihi. Et interdum etiam oratores. ut Quintilianus. Gratulemur iam ꝙ nulla ciuitas fame laborat. ſubintellige nobis. Dicimus aliquando gratulari pro eo quod eſt gratias agere: ſed non fere niſi diis imortalibus: ideoq; ꝓprie idem eſt quod ſupplicare. Siquidem triumphātes in capitolium aſcendebant: oui optimo maximo cæteriſq; diis gratulatum: gratulari gratulari pro gratias agere &cę.

¶ Grator in eandem accipitur ſignificatiōe in qua gratulor: ſed poeticum hyſtoricumq; eſt. Vir. Iuueni germana uiam gratare ſorori. grator

¶ Gratus & iucundus quomodo differant. uide iucundus. gratus Iucūd⁹

¶ Graue ſuapte natura ponderoſum ſignificat: ut graue ſaxum: graue ſcutum: ꝙ ſcilicet nos grauat in ferendo: & quod egre & cum moleſtia fertur. Inde per abuſionem transferimus ad ſenectutē: ad morbū: ad dolorē: quia hi qui moleſtiam ex ſenectute morbo cæteriſq; ſentiunt: quaſi onere intolerabili ꝑmuntur: quod cupide uelut graue pondus a ſe uellent deponere. Neq; ſolum ad moleſtias corporis tranſlatio hæc fit: uerum ad moleſtias animi: ut grauis cōtumelia: grauis iniuria: grauis meror: grauis iactura: q̄ animum genere quodā pōderis ꝑmunt. Itaq; unus modus eſt q̄ corpori aut animo moleſtia ſunt ea grauia appellare: ecꝙ moleſtia a mole. i. ab re magna magniq; pōderis uocitata eſt. Alter mod⁹ eſt ꝙ quēadmodum grauia & grādia ſaxa ad graues trūci nō facile loco mouentur: ſed ad oēm temporum mutabilitatē herent. Ita homines cōſtantes ac prędíti ſapientia merito per figurā graues nominant: ꝙ nec precibus: nec minis: nec uanitate: nec promiſſis ab equo & iuſto ſummouentur: ut hi faciunt quos leues uocamus: qui in ſimilitudinem pulueris ac palearum ad omnem auram uentilantur. grauis

¶ Gregatim per diuerſos greges. gregati

¶ Gremiū eſt intra cōplexū femorum fœmineum: quo in cōplexu mulieres cōcipiunt: & p trāſlationē gremiū terræ appellamus cū ſemē ſuſcipit cōceptūq; retinet: quaſi uiuētē fœtū poſtea paritura. Quare quū lactātur īfantes ad ſinū admouētur: pueri uero iā facti a ſedētibus matribus utiq; cū illis blādiunt ad gremiū accipi ſolēt. ut Virg. de cupidie ſub imagine pueri aſcanii. Heret & iterdū gremio fouet inſcia dido. Quinēt mr̄es nutrices ue quū ſup genua collocāt īfantē aut extrēis ueſtib⁹ repoſitū & ad uterum uſq; ſublatū geſtāt: i gremio magis q̄ i ſinu tenēt aut gremiū

geſtare dicuntur. ut idem de eodem. Et fotum gremio dea tollit in altos Italiæ lu cos. Sinus uero eſt intra pectoris brachiorumq́ꝫ complexum. Inde ſinus ueſtiũ: quales erãt tunicæ romanoꝝ: & modo quorũdam religioſoꝝ ſupra cincturam laxitas illa ueſtis quæ cingulum operit. Littora quoqꝫ curua & quaſi brachiis ma re amplectantia ſinus uocamus.

Sinus

Grex Armẽtum

¶ Grex ouiũ. grex capraꝝ. grex porcoꝝ dicitur: grex deniqꝫ generalius nomen eſt. Armentũ uero ſpecialius: utputa equoꝝ: aſinoꝝ: muloꝝ: boum: camelorum: elephantoꝝ: & ſimilium. Licet quidam tñ uelint eſſe boum: quaſi ab arãdo ara menta dicta: deinde ſublata tertia littera armenta.

¶ De littera. H.

Habeo pollicerico ue nir &c.

HAbeo. Tñ habeo polliceri: inqt Cic ad lentulũ. Idẽ in Catone maiore. Neqꝫ eos ſolum cõuenire habeo quos uidi: ſed etiam quos audiui & legi. Idem in oratore. Audire habeo qd ſentiat. Quod ut ipſe interpretor idem eſt qꝫ pollicendum cõueniendum audiendum eſt mihi.

Hr̃e fidem, Hr̃e gratias, Hẽs q̃ ſentiam, Hęc habui &c., Habui orõnẽ feci ſermonẽ, Harenaceus, Haud, Hei, Heu, Eheu, Ve

¶ Habere fidem. uide dare fidem.

¶ Habere gratias. uide agere gratias.

¶ Habes q̃ ſentiã Brute de rõne dicẽdi. hec habui de amicitia quæ dicerẽ. hæc ſunt q̃ putaui dicẽda hoc tpe. Sunt uerba Ciceronis ad extremũ materiæ a ſe tractatę: qbus & cæteri auctores uti ſolẽt. Q uint. Habes Marcelle uictori: qbus pręcepta dicẽdi adiuuari poſſe p nos uidebant. Et iteꝝ. Nihil habui amplius: qꝫ in uniuerſum pciperẽ. Et iteꝝ. Hæ fere ſunt emẽdatę loquẽdi ſcribẽdiq́ꝫ partes.

¶ Habui orõnem: nõ feci orõnem. feci ſmonẽ potius q̃ habui. Nõnunq̃ etiã habui. Cicero de ſenectute. Cyrus qdem in eo ſermone quẽ moriẽs habui &c.

¶ Harenaceus: ex materia harenæ.

¶ Haud ſcio haud uelim frequentius legimus q̃ non ſcio: & non uolo.

¶ Hei & heu ſimile qd optinent: tñ alteꝝ datiuo: alteꝝ accuſatiuo iungiť. ut hei mihi qualis erat: quãtum mutatus ab illo Hectore. Teren. heu me miſeꝝ. Et fere cum hmõi pnominibus. Nam cũ alio noïe frequẽtius per exprobrationem: ut Virg. Eheu ſtirpem inuiſam. Aliquãdo etiam cum ntõ: ut idem. Heu pietas hei priſca fides. Eheu nulli caſui ſeruit. idem in Buc. Eheu quid uolui miſero mihi. Ve quoqꝫ datiuo. Martialis. Si ſcieroue tibi cauſidice.

Herbaceus, Hiare, Hiſcere

¶ Herbaceus: ex materia herbæ.

¶ Hiare eſt aliquid ſua ſponte & externa aliqua ui diffidere: ut tellus eſtu & lignia ariditate uel nimio calore hiant. Hiſcere uero eſt tñ oris & qdem humani: accipiturq́ꝫ p eo qꝫ eſt loqui: aut os aperire ad loquendũ. ſed fere per negationẽ ut corã illo nõ auderes hiſcere: quid nunc habes quod hiſcere audeas? Ouidius tamen poeticæ dixit. hiſcere nempe tibi terra roganda foret. Cum oratores ſoleant potius dicere dehiſcere: idest deorſum ſe aperire.

Hic, Is

¶ Hic ſpacio ppinquiore. Is uero longiore intelligiť. Multis tamẽ in locis utrũqꝫ locum habet. Vt qui pfert uirtutem diuitiis: hic uel is ſane fortis eſt. uel per cõpoſitionem: ut quæcũqꝫ mulier adultera eadem uenefica eſt.

Hypotheca

¶ Hypotheca. uide pignus.

Hoc magis, Eo magis quo magis

¶ Hoc magis: & eo magis: idẽ eſt qꝫ tãto magis. Itẽ quomagis idẽ eſt qꝫ quanto magis. Hoc cõpoſitum cũ ppoſitione ad ſignificat pterea: ut apud Saluſtium. Cognouerã puis copiis bella geſta cũ opulẽtis regibus. Ad hoc ſæpe fortunę uiolẽtiam toleraſſe facũdia græcos: ſciẽtia belli gallos ante romanos fuiſſe.

¶ Holitor

¶ Holitor eſt qui hortũ holeꝝ exercet: quem nonnulli hortulanũ uocant. holitor
¶ Holus quid ſit. uide hortus. holus
¶ Homo prudens ne dicam ſapientem melius q̃ ne dicam ſapiẽs. Cicero p De- hõ pru
iotaro. Crudelis caſtor ne dicam ſceleratum & impium. & hoc ſubſtantiuo præ- dens
cedente: ſecus autem ſequente: quale eſſet. Crudelis ne dicam ſceleratus & im- ne dicã
pius caſtor. Et prudens ne dicam ſapiens homo. In priore. n. modo ſubintelligi- ſapien
tur eum: ſic. Crudelis caſtor ne dicam eum ſceleratum & ipium. In aliis caſibus tẽ &c.
non eſt hæc diuerſitas ut idem. An ſperaſſet hoc uiuo milone ne dicam conſule:
uel an ſperaſſet hoc uiuo ne dicam conſule milone. hordea
¶ Hordeaceus. ex materia hordei. ceus
¶ Horrearius. cuſtos exercitorue horrei. horrea
¶ Hortus in ſingulari pluraliq; p hortis holitoriis accipitur: ideſt holera pducen- rius
tibus. eſt enim holus omnis herba ſatiua qua ueſcimur: & cuius foliis & caule in hortus
edulium utimur. Horti uero in plurali arboribus conſiti dicuntur: & amenitatis holus
uoluptatiſq; cauſa parati. In ſuperiore igitur ſignificatione dicimus. Vnum hor- horti
tum. duos tres hortos. In poſteriore unos. binos ternos hortos. niſi alicuiꝰ aucto-
ritas aliud ſibi uendicauerit. hoſpi
¶ Hoſpites ſunt tã q in priuato alicuius hoſpitio ſunt: q̃ q in publico. Diuerſoriũ tes
uel tabernã meritoriã appellamus tã q recipit q̃ qui recipit. Vñ Cui. Nõ hoſpes
ab hoſpite tutus. Cice. Per dextrã iſtam: quã hoſpes hoſpiti porrexiſti. hoſpita
¶ Hoſpitales homines qui amore nõ precio hoſpitium ſuum cõmunicant. Nam les
hoſpes proprie uocatur ille receptor qui priuatim & amicitiæ cauſa recipit uel re- hoſes
cipitur. Cicero. Fuit mihi cũ illo uetus hoſpitium: ideſt amicitia uel familiaritas:
uel mihi hoſpitandi apud illum uel illi apud me. hoſpi-
¶ Hoſpitium & priuatim & publicum dicitur. tium
¶ Hubertim idem eſt quod copioſe. huberti

¶ De littera. I.

IAm eleganter uſurpari ſolet. Aliquando quaſi pro tunc. ut Quin. Quod ſi Iam
ſatis prudenter ea uiderint: iam prope conſummata fuerit præcipientis. Ali-
quando præterea ſignificat quaſi modus quidam inter ſententias: ut Virgi-
lius. Iam uarias pelagi uolucres. Idem efficiet iũctum cum uero. Iam uero Iamiã
urbibus conſtitutis &c. Iamiam de futuro palam eſt quid ſignificet. Iamiam ade-
rit. Et de præſenti licet ad futurum reſoluatur. Iamiamq; manus tenet: & præ-
mit haſta. quaſi nunc nũc tenebit. Nonnunq̃ figurate per indignationem miſera-
tionemue accipitur. ut idem Virg. Iamiam nec maxima iuno: nec ſaturnius hæc
oculis pater accipit equis. Quintilianus. Iamiam malo uenena ferrum ſubitos
ictus improuiſamq; mortem. Per miſeratione uero Saluſtius in iugur. ſic. Iamiã
animo meo chariſſime frater q̃q̃ tibi immaturo: & unde minime decuit uita ere-
pta eſt: tñ letandum magis q̃ dolendum puto caſum tuum. Per exhortationem
quoq;. ut apud Quin. Iamiam cõmilito quicunq; caſus manet: etiam ſi te impe- Ianua
rator dãnaturus es habes ſolatium: ſatius eſt q̃ a patre occidi. Porta
¶ Ianua parietis eſt ac domorum. Porta uero murorum munitionumq; atq; ca- Murus
ſtrorum. Murus autem & paries quo differunt. uide in. M. Paries
¶ Idem eadẽ idem quaſi p etiam poni ſolet. ut Cice. Eſt huic coniuncta bñfi- Idem
centia: quã eandem uel benignitatẽ: uel liberalitatẽ appellari licet. i. quã etiam. Identi-
¶ Identidem frequenter. dem

¶ Id ætatis. Cice. dixit. Scipio aphricanus id ætatis atq; his rebus geſtis. Illud
Id æta/ tis — id ætatis idem eſt quod ea ætate. ſicut dicimus] decem annis uixi: & more græ/
Concio — uerba fiũt.Itẽ ſignificare cetũ populi aſſiſtẽtis.Itẽ orationẽ ipſam q̃ ad populum diceret.De loco aũt teſtis etiam Liuius li.ii.ubi ſic ait de Valerio publicola.Vo/ cato ad conſilium populo ſummiſſis faſcibus in concionem aſcendit.

¶ Abuſiue ob penuriã linguæ multa dicimus.ut uado ad lectionẽ pro eo qđ eſt
Aſcenſus — a locũ ubi legit ſeu ad lectoriũ:ita ad cõcionem dictũ putẽ:aut utrunq; ꝗ; pprie.

ℂ Lau.li.iiii.c.liii.

¶ Quomodo enim paſco neutrũ & paſcor deponens idẽ ſignificãt : prii.uiderit: qui hoc ſibi perſuaſit.Eſt enim paſcor comedo & uoro ſemperq; regit accuſatiuũ illud uero ſine accuſatiuo.ut paſcentes ſeruabit Tytirus hedos.

ℂ Manci.Ti.xlix.

¶ Paſco neutrum:& paſcor deponens idem ſignificare ipſe oſtẽdam:& utrunq;
Paſco paſcor — regere accuſatiuũ.Oui.li.i.faſt.Pauit ouis pratũ.i.comedit.Virg.li.ii.æneí.Et mi ſeros morſu depaſcit artus.i.comedit:uorat.legimus item paſcor & paſco ſine ac cuſatiuo in eadẽ ſignificatione.teſtis Maro li.iii.g.Paſcit in magna ſylua formoſa iuuenca.Cætera paſcunt uirides armenta per herbas.Saltibus in uacuis paſcãt & plena ſecundum flumina.Patet igitur idem eſſe paſco & paſcor:& utrunq; re gere accuſatiuum:utrunq; etiam ſine accuſatiuo legi.Quandoq; tamen diuerſa ſunt.Nam ut dicimus herba paſcit illum.Cadauer paſcit aues.Tuo corpore pa/ ſcis uolucres.Ego paſco uitulos &c.Ita non dicimus herba paſcitur illum.Cada/

uer paſcitur aues. Tuo corpore paſceris uolucres &c. Luca. li. iiii. Eſt nobile cor/
pus paſcit aues. Virgi. lib. iii. ęn. Et uulſis paſcunt radicibus herbę. Naſo in ibim.
Æreas uolucres corpore paſce tuo. Virg. in buc. Pierides uitulam lectori paſcite
ueſtro. Pręterea paſcor non ſolum regit accuſatiuum ſed ablatiuum quoq; Virg.
lib. iii. geor. Paſcuntur uero ſyluas. Et in buc. Frontibus hirſutis & carice paſtus
acuta. Item. Dumq; thymo paſcentur apes: dum rore cicadę. Et li. iii. geor. Fron
dibus & uictu paſcuntur ſimplicis herbę.

Paſcere proprie eſt paſtoris: paſci pecoris aut eius more paſti. unde minus con
ſuete dixit Cui. Pauit ouis &c. ubi ait paſcor abſolute ponitur aut cum ablatiuo Aſcen
paſſiuum eſt a paſco: ubi cum accuſatiuo deponens aut tranſumptum. ſius

Lau. lib. iiii. c. liii.

Proprie paſcere beſtiarum eſt: ſicut ueſci hoium: niſi ꝙ hoc regit ablatiuum.

Manci. Ti. l.

Veſcor tum ablatiuo: tum accuſatiuo iunctum legimus. Tibullus li. ii. Vera ca Veſcor
no ſic uſq; ſacras innoxia laurus Veſcar: & æternum ſit mihi uirginitas. Manilius
li. v. Tectiq; auro iam ueſcimur aurū. Virg. Viſceribus miſerorum & ſanguine ue
ſcitur atro. Veſcor præterea non ſolum ad cibos refertur: ſed ad alia quoq; ſicut
utor. Hinc Tibullus ait. laurus ueſcar. Et poeta. ſi ueſcitur aura. Horatius item
li. ii. carmi. Quicunq; terrę munere ueſcimur. Addimus ulterius ueſci brutorum
nō ſolum hoium eſſe. Pli. enim li. ix. c. xv. ſic ait. Nūc principatus ſcaro datur qui
ſolus piſcium dicitur ruminare: herbiſq; ueſci: non aliis piſcibus.

Dixi tibulli lectorem minus frequētem uallam: in loco autem adducto apud Aſcen
eum & manilium uetus eſt locutio. Apud Horatium & Poetam aura & munus ſius
terræ munere cibi ſumuntur. Non negem tamen & brutis conuenire.

Lau. li. iiii. c. lxvii.

Frondes arborum ſunt tm̄ folia aut arborum & herbarum & florum quoq;.

Manci. Titu. li.

Frondes nō arborum tm̄ eſſe legimus. Plinius. n. li. xviii. c. xix. de Getio aſca/
lonitarum genere ſic ait. Getium pene ſine capite eſt: ceruices tantum longe: & iō
totum in fronde. Item capite. xii. eiuſdem li. xviii. ubi de Raphani generibus tra
ctat ita ſcribit. Etiam nunc unum ſilueſtrem Gręci cheriam uocant: pōtici armō:
alii leucem: noſtri armoratiam fronde copioſius q̄ corpore.

Frōdes dum arborum dicit eſſe nō negat fructicum & herbarum ſimiliumq;: Aſcen
ſed diſſimilium raro dici recte aſſerit. De lamina autem & Bractea parum ual/ ſius
læ abradit lima mancinelli.

Lau. li. iiii. c. lxxiiii.

Laminam tam ferream: ereā: plumbeam: ſtāneam: q̄ auream: argenteam: ele/ Lamia
ctram: auricalceam dicimus bracteam potius ex his poſterioribus. Aut certe bra Bra/
ctea tennis eſt: & ſua ſponte plicabilis, lamina uero craſſior ex qua armatura cō/ ctea
ficit: & qua icenſa olim hoies torq̄bant. nec crepitat ut bractea ꝑ tenuitate &c.

Manci. Ti. lii.

Prima ſignificatio uerior habetur. Aulus Gel. enim li. i. ca. iii. ita ſcribit. Sicuti
eſt magnū pondus eris: parua lamina auri ſit precioſius, Cæterum lignea quoq;

lamina dici poteſt. Pli. n. lib. xyii. ca. xxxyiii. ſic ait. Dolia quaſſa ſarcire: ipſorūq; laminas ſcabendo purgare: aut nouas facere. Bractea ꝑterea ex alia quoq; materia ꝙ ex ꝑdictis dici poterit. Plinius nāq; li. xyii. c. y. ubi terraꝝ & cretæ gña explicat inqt. Colūbinā gallia ſuo noīe glaucopelon appellat: glebis excitaꝛ lapidū mō ſola gelatione: ita ſoluiꝛ ut tenuiſſimas bracteas faciat. ĥ ex equo fertilis &c.

ℭ Lau. lib. iiii. c. lxxxiiii.

¶ prætorius qui præturam. Conſularis qui conſulatum. Quæſtorius qui quæſturam. Edilitius qui edilitatem. Cenſorius qui cēſuram. Tribunitius qui tribunatum. Primipilaris qui primipilatum geſſit.

ℭ Manci. Titu. liii.

Conſularis

¶ Conſularis qui conſulatum geſſit dicitur: & conſulatu dignus. In pria ſignificatione Teſtis eſt Liuius lib. y. ab urbe cōdita: ubi de gallis ait. Senes triumphales cōſularesq; ſimul. Et Cicero. de claris oratoribus de hortenſio dicens. Nā is poſt cōſulatum credo ꝙ uiderit ex cōſularibus neminē eſſe ſecum cōparandum: nec liceret autem eos qui conſules nō fuiſſent ſūmum illud ſtudium remiſit: quo a puero fuerat incenſus &c. In altera uero Teſtis quoq; idē Cicero li. x. epiſto. ad plācum ita ſcribens. Cōplures in ꝑturbatiōe reip. cōſules dicti: quoꝝ nemo coſularis habitus: niſi qui animo extiterit in reip. cōſularis. Paulo autem inferius inquit. Hæc ſi ages & ſenties. Tu eris non modo cōſul & cōſularis: ſed magnus etiam conſul & cōſularis. Et pro Milone ſic ait. Tribunum uirtute conſularē.

Aſcenſius

¶ Recte addit cōſularē ēt aliter accipi poſſe. Vallæ tñ ſniam nō dānat ſed auget.

ℭ Lau. lib. iiii. c. lxxxy.

¶ Cumani ex oppido cumaꝝ in campania: quā nunc praue uocant terram laboris. Campaniā uero eam regionem quæ illi finitima eſt romam uerſus.

ℭ Manci. Titu. liiii.

Campaniã

¶ Non cāpaniam terram laboris appellāt: ſed campaniæ partem. Neq; nunc dūtaxat: ſed iamdiu priſci ipſi laborias appellarunt. Teſtis eſt pli. lib. xyiii. c. xyiii. de agro campano: ſic enim ſcribit. In campania tamen laudatiſſimus campus eſt: montibus ſubiacet nimboſis totis quidem. xl. millibus paſſuum planicie. Poſtea ſubiicit. Quantum autem uniuerſas terras campus hic campanus antecedit. tantum ipſum pars eius: quæ laborię uocantur: quem perglegretim græci appellāt. finiuntur laborię uia ab utroq; latere conſulari: quæ a puteolis & quę a cumis capuam ducit. hæc ille. Vbi autem Laurētius ait. Campaniam uero eam regionē quæ illi finitima eſt romam uerſus. Sciendum eſt duplicem eſſe campaniam nouam & ueterem. Nam apud Strabonem li. y. legimus. Picentes autem uſq; Silarin perueniunt: ab hoc agro ueterem ſeparat campaniam. Cui quidem fluuio ꝓprium illud ineſſe traditur: ut in eius aqua demiſſa uirgulata ſaxificentur.

Aſcenſius

¶ Si campaniæ partem ergo per ſinecdochē & campaniam: ſed mens uallæ eſt cum ueteres tantum campaniæ partem laborias aut laboris terrā uocarent quoſdam praue eam totam laboris terram uocare.

ℭ Lau. li. iiii. c. xiiii.

¶ Beatus qui rebus omnibus ad uitæ uſum ornatumq; ſpectantibus abundat. Ideoq; locupletes ſane homines beatos uocamus &c.

ℭ Man. Titu. ly.

Beatus pprie qui dici poſſit a Seneca a. M. Tullio ab Horatio & ab aliis pluribus docemur. Seneca enim epiſtola prima lib. vi. ita ſcribit. Si utriq; uis uerborum ambiguitates deducere: hoc nos doce. Beatum non eum eſſe quem uulgus appellat ad quem pecunia magna confluxit: ſed illum cui bonum omne in animo eſt erectum & exciſſum & mirabilia calcãtem. qui neminem uidet cum quo ſe comutatum uelit. qui hominem ea ſola parte exiſtimat: qua homo eſt. qui natura magiſtra utitur: ad illius leges componitur. ſic uiuit quomodo illa præſcripſit: cui bona ſua nulla uis excutit: qui mala in bonum conuertit: certus iudicii inconcuſſus intrepidus. quem aliquauis mouet: nulla perturbat: quem fortuna quum in eum quod habuit telum nocentiſſimum ui maxima intorſit pungit non uulnerat: & hoc raro. Nam cætera eius tela quibus genus humanum debellatur grandinis more diſſultant q̃ incuſſa tectis ſine ullo habitatoris incõmodo crepitat ac ſoluitur. Apuleius etiam in li. de philoſophia ſic ait. Verum enimuero illum omnibus beatum uideri cui & bona ſuppetunt: & quemadmodum carere uitiis debeat callet. Et. M. Tul. lib. v. tuſcu. ita ſcribit. Videamus q dicendi ſunt beati: equidem hos exiſtimo: qui ſint in bonis nullo adiuncto malo. Hora. uero li. i. epi. ad Quintium inquit. Neue potes alium ſapientem bonoq; beatum. Beatus

Sicut de ſũmo bono: ita de beatitudine ac beato uarię ſunt diffinitiones: bene tamen habentem Iuuenalis beatam uocat dicens: uetulę ueſica beatæ.

Lau. lib. v. c. v.

Denique frui eſt delectationẽ capere ex utendo. itaq; in idem recidunt. Idemq; efficiunt frui delectari uoluptatemq; capere. quo fit ut nõ fuerit cauſa cur recentiores hoc ſolũ uocabulum frui. unde uenit fruitio ſolis rebus diuinis dare uoluerint. Habet enim hoc uerbum duo ſupina fruitum & fretum. quorũ primum uix in uſu eſt: niſi apd̃ eos qui uerborũ nouitatib⁹ & gaudẽt & gloriant̃. Secũdũ ſignificat cõfiſum eſſe ut fretus fortaſſe familiaritate quæ ei tecum auſus eſt confiteri. Aſcenſius

Man. Tit. lvi.

Fruitus & caper grãmaticus: & alii uſi ſunt. Ait añt caper. Fruitus ſum illa re. Veteres uix dixerunt fruitus ſum illã rem. Gellius item li. xvi. c. ii. refert Neutũ dixiſſe. Qui nõ parit apud ſe fruitus eſt. Et Ci. li. iii. tuſcu. Fruiturũ dixit: ubi ait, Conſideretq; ſe fruiturũ &c. Cæterũ fruor etiã fructus ſum facit. Cice. n. in hortenſio īquit. Vt amenitate ſũma fruitus eſt. Q d̃ quidẽ Priſcianus li. x aſſerit. Fruitus

Fruitus quidem raro inuenitur: fruiturus frequenter: ſic oritus & paritus nõ ortiturus & parturus frequenter. quod & aliis quibus duplex ſupinum eſt fieri ſolet. Vt erutus & eruiturus: quod & mancinellus docuit. Fruitus ſum a fruor Aſcenſius

Lau. lib. v. c. xxv.

Fenero tibi dicitur. Et feneror abs te. Qui fenerat pecuniam dat ad uſuram. Qui feneratur pecuniam ad uſuram accipit. Fenero

Manci. Ti. lvii.

Feneror & fenero idem ſignificant. Seneca epiſtola. ii. Quantum paſcat aut feneret: ideſt ad uſuram det. Et epiſtola. xli. Multum ſerit: multum fenerat &c. Cicero item in lelio inquit. Vt enim benefici liberaleſq; ſumus: non ut exigamus gratiam: neq; enim beneficium feneramur: ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus. Sic amicitiã nõ ſæpe mercędis adducti: ſed q̃ omnis eius fructus in ipſo Feneror

amore ineſt: expetendam putamus. Et prouerb. xix. Feneratur domino qui mi∫ſeret pauperis. Aulus Gellius: item lib. xvii. ca. xii. ſcribit feneror pro fenero di∫ctum eſſe: ſicuti aſſentior pro aſſentio. Et pigneror pro pignero. Et Feſtus inquit fenero & feneror dici poteſt. Sciendum tñ eſt fenero tibi & feneror tibi: ut ſupe∫rius patuit idem eſſe. Feneror autem a te aliud ſignificare: nam idem eſt qđ ad uſurā accipio. legimus enim lib. xxxi. digeſtoꝝ prope finem. Si autem aliquis eo rum noluerit uēdere partem ſuam (domoꝝ ſupple) uel fenerari ſuper eam pote∫ſtatem habeat uendere coheredi ſuo: & fenerari ab eo. Inueniunt autem & plu∫ra eadem terminatione diuerſa ſignificare diuerſis quidem caſibus: ut Comitor illum actiua ſignificatione. Comitor ab illo paſſiua.

Aſcēſ? ❡ Si Gellius recte dicit feneror pro fenero dictum ac uſurpatū eſſe: non erraue∫rit qui in Vallę ſententiam ierit: qui non tum quod factū eſt ꝗ quod fieri debue∫rit docere nos inſtituit. Simile eſt de mutuo & mutuor mihi iudicium.

❡ Lau. lib. v. c. xxv.

❡ Mutuo tibi dicitur. Et mutuor abs te. Qui mutant pecuniam dat mutuo. Qui mutuatur pecuniam mutuo accipit.

❡ Man. Tit. lviii.

Mutuo mutuor ❡ Mutuo & mutuor idem ſignificant: ſicuti fenero & feneror: ut diximus. Sene∫ca enim epiſto. lxxxii. inquit. Quāto hilarior eſt qui ſoluit: ꝗ qui mutuat &c. id eſt qui mutuo accipit. Priſcianus etiā li. octauo ſcribit. ꝙ multa ancipiti terminatione in una eademq; ſignificatione protulerunt antiqui: ut partio & partior, meridio & meridior. Mutuo & mutuor &c. Q uod quidem Iſidorus non ignorauit. ait. n. libro uigeſimo cap. vii. &c. Sed utrum latini ab græcis an græci ab latinis hæc uo∫cabula mutuaſſent: incertum eſt.

❡ Lau. lib. v. c. xxxi.

❡ Refero recido recingo repurgo refodio repromitto reuinco: ſæpe uix quippiā a ſimplicibus in ſignificatione diſſentiunt.

❡ Man. Tit. lix.

Refero Recigo ❡ Refero & recingo longe diuerſo ſignificant a fero & cingo. Ouid. ſine titulo. Ecce corinna uenit tunica uelata recincta. Et lib. vii. meta. de medea. Egreditur tectis ueſtes induta recincta. Nuda pedem: nudos humeris infuſa capillos. Pro∫per. lib. i. Ianua uel domina penitus crudelior ipſa. Q uid mihi tam duris clauſa taces foribus? Cur nunquā reſerata meos amittis amores &c.

Aſcēſ? ❡ Valla dicit ſæpe & uix. innuens interdum diſcrimē eſſe: ut reuera eſt. Nā quæ ad clauſurā aut uelaturā ſpectāt ſi cum re cōponant contrarium importent. ut uelo & reuelo, ſero & reſero. texo & retexo. claudo & recludo cōtraria ſunt.

❡ Lau. lib. v. c. xxxvii.

Ada∫mare ❡ Adamare eſt amatorie amare: ut Q ui. multis in locis. ſed unus ſuffecerit. Me qdē marite ſi qs iterroget oēs mr̄es liberos ſuos tanꝗ adamauerit amāt &c.

❡ Man. Tit. lx.

❡ Adamare eſt item honeſte ac ualde amare. Cice. lib. ii. epiſt. ad Curionē. Eſt enim tibi grauis aduerſaria conſtituta & parata incredibilis quædam expecta∫tio: quam tu una re faciliime uinces: ſi hoc ſtatueris quarum laudum gloriam ada∫maris: quibus artibus hæ laudes cōparantur in his eſſe laborandū. Et lib. iii. de

oratore

oratore ſic inquit. Deinde ab Antiſthene qui patientiam & duritiam in ſocratico ſermone adamarat cynici primum &c. Alibi quoq; eodem in lib. ita ſcribit. De moſthenem ſequi uultis & ſi illam præclaram & eximiam ſpeciem oratoris per fecti: & pulchritudinem adamaſtis &c.

¶ Amatorie amare eſt quidem uehementer amare: ſed bene docet Mācinellus adamare etiam ad honeſtam amationem pertinere. Aſcen ſius

¶ Lau. lib. v. c. lxxxi.

¶ Eleuo imminuo & extenuo: nuſq̄ memini in alium ſenſum reperiſſe me &c. Eleuo

¶ Manci. Ti. lxi.

¶ Eleuo itē ſignificat in altū tollo. Plautus. Capedū lapidē hunc atq; eleua. Aſcen ſius

¶ Non dicit nō repertum eſſe ſed ſe non reperiſſe: plus ergo legit mancinellus. Nec dubium quin eleuo ſit ſurſum leuo. ſed ex trutina ſumptū ut ſit diminuo aut extenuo: quia quod in ea eleuatur minoris eſt ponderis ac ualoris.

¶ Lau. li. v. c. lxxxv.

¶ Vacas ſapientiæ: das operam ſapientiæ. Vacas ſapientia: cares ſapientia. q̄uis carere proprie eſt uacare quibus indiges &c.

¶ Manci. Ti. lxii.

¶ M. Tullius li. i. tuſcu. ita ſcribit. Carere igitur hoc ſignificat egere eo qđ habe re uelis: ineſt. n. uelle in carēdo &c. poſtea ſubiicit. Dicitur etiā alio modo carere: quum aliquod nō habeas: & non habere te ſentias etiam ſi id facile patiare &c. Subſequitur inde. carere enim ſentientis eſt: nec ſenſus in mortuo: nec carere qui dem igitur in mortuo eſt. Præterea carere de omnibus fere nō ſolum de illis qui bus indiges dicitur. Hinc Pli. lib. xxviii. capi. i. de capra loquens ait. Quod equi dem miror: cum febri negetur carere. Et Ouidi. lib. xv. met. Morte carēt animę. Hora. item lib. ii. carmi. Quæ caret ora cruore noſtro. Tu uero lector attende ul terius. Errare illos qui uolunt careo habere ſignificatū quod habet deſum. Duo enim careo ſignificat: ut per Ciceronis uerba patuit. Egeo ſcilicet & non habeo. Nec idem eſt deſum & non habeo: ut ignari quidam eſſe cōtendunt. Hinc careo ſentientis eſt. Aliud igitur eſt careo denariis. i. egeo denariis: ſiue non habeo de narios. Aliud deſum: quo ita utimur. deſunt mihi denarii. Carere

¶ Si contra præſcriptum Ciceronis Plinius & Ouidius utuntur careo: quia etiā in re quam habere nolis: non mirum ſi contra uallę præceptum quædam reperi antur: ſed ſi errare non uis puer uallę authoritatem ſequere. Aſcen ſius

¶ Lau. li. v. c. ci.

¶ Exhorreo hanc rem: idem quod expaueſco. Abhorreo ab hac re: idem eſt qđ perq uam alienus ſum ab hac re. hoc ſemp poſtulat huiuſmodi ablatiuum: illud uero nunquam ſed accuſatiuum.

¶ Manci. Ti. lxiii.

¶ Abhorreo non ſolum ablatiuo iungitur: ſed etiā accuſatiuo. Catulus enim ait. Abhor reo Sæuaq; abhorrebas priſci præcepta parentis. Porphyrio item ode tertia ubi ui delicet quem mortis timuit gradum ait. Quem mortis inquit abhorrere poteſt q monſtra maris & aſperrima ſaxa ſine lachrymis uidere potuit. Apuleius lib. x. meſ. Nam & quid potiſſimum abhorret aſinus excogitātes ſcrupuloſe &c. Plini.

ii.xxxvii.capite penul.In omni alio uſu acriora abhorrentes.

Aſcenſius ¶ In locis adductis aut abhorreo pro obhorreo ſcriptum eſt:aut minus accurate poſitum quod uallæ ſatis eſt:

¶ Lau.lib.vi.c.ix.

¶ Cui ſiſe eſt ſuppetias p eo qđ eſt auxiliū:ut in.xii.cōmē. Cæſaris. Et nūciabā tur auxilia magna egtatus oppidanis ſuppetias uenire. Et in eodē. Suiſq; rebus timēs elephātiſq; trigita relictis ſuis finib⁹ oppidiſq; ſuppetias pfect⁹ eſt. & iterū in eodē. Atq; ſuis fugiētib⁹ ſuppetias ire ɔtēdit. Sueto. de Veſpaſiano. Legatū ſi ſup ſyriæ ɔſularē ſuppetias ferētē rapta aqla fugauerūt. Suppetias p auxilium. Plautus in epidico. Sed memēto ſiqđ ſeuiūt ſenes ſuppetias mihi cū ſorore ferre. Idem in eodem noīatiuo eſt uſus. Auxilium mihi & ſuppetiæ ſunt domi &c.

¶ Man. Tit.lxiiii.

Suppetias ¶ Suppetias Lauren.ubiq; pro auxilium accipit:ſed certe rectius pro ad auxilium. Exceptis & Suetonii & Plauti exēplis:in quibus eſt ferre.

Aſcēſi⁹ ¶ Suppetias pficiſci aut ire eſt ad auxilium proficiſci & ire:quia præpoſitio rite ſupprimitur forte q ex ſub decompoſitum eſt.

¶ Lau.lib.vi.c.i.

¶ Alumnus enim ſignificat(Nonius Marcellus inqt)& q ab aliquo alitus eſt & qui aliquē aluit. Cui in prima ſignificatione ſuffragor:in ſecūda refragor &c.

¶ Man. Tit.lxv.

Alūnuſ ¶ Alumnus qdem(ut Nonius Marcellus ait)ſignificat. Syllius nāq; lib.i.ſcribit. Palladē ita Ioui loquētē. Nō teucros delere aderā:ſed lumē alūne. Hānibalē lybiç pelli florētibus annis. Vita:atq; extigui primordia tāta negabā. Et Pli.lib.iii. de italia loquēs ait. Terra oium terrarū alūna:eadē & parēs numine deū electa. In calce quoq; totius opis īter multas italiæ laudes iqt. Italia rectrix parēſq; mūdi alia. Strabo etiā lib.v. de ſabina loquēs:ita latine dicit. Vt aūt ſūmatim dicam. Italia cūcta pecorū & frugū pſtātiſſima nutrix eſt:hæc addit ut illud terra oium terrarū alūna:nutrix ſine cōtrouerſia intelligat. Virg. item in cyri ſic ait. Magna q̄ror nec ut illa quidem cōmunis alumna. Omnibus inlecta tellus tumulabit arena. Et Curtius lib.viii.ſcribit. Alexandrum cōmilitones alloquentem inter plura & illa dicere. Oro queſoq; ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum commilitonemq; ueſtrum ne dicam regem deſeratis.

Aſcēſi⁹ ¶ Alumnus itaq; tametſi rarius pro alente quoq; accipitur. Sicut & nūcium pro re quæ nunciatur a Tibullo.

¶ Lau.lib.vi.c.xv.

¶ Nuncius inquit Seruius eſt qui nunciat:quod autem nunciatur licet neutro dicatur:inuenitur tamen & maſculino. Miror cur ita dixerit:ego quidem nuſq̄ hoc nuncium legi:ac ne ipſe quidem(ut opinor) Cum Feſtus Pompeius uetuſtior eo auctor ita ſcribat. Nuncius & res ipſa & nuncius dicitur.

¶ Man. Tit.lxvi.

¶ Seruium non erraſſe antiquorū teſtimonia pbāt. Lucretius enim ait. Et ad calidum decurrūt nūcia ſenſum. Catullus de berecynthia & Aty. Geminas deorū ad aures noua nūcia referēs. Tibullus lib.iii.in epiſtola. Dii meliora ferant:diui uera monent:uenture nūcia ſortis. Vera monēt tuſcis exta pbata uiris.

¶ Lau.lib.vi.c.lxi.

Neq; uero ſicut reperitur fundus & fundum:ita reperiť punctus & punctum. Errantq; philoſophi quum punctus & linea dicunt &c.

¶ Man.Tit.lxvii.

Punctus generis maſculini apud Plinium legiť. Is enim lib.ii.c.lxx.ita ſcribit. Hę tot portiones terræ immo uero ut plures tradidere mundi punctus:neq;.n. aliud eſt terra uniuerſa:hæc eſt materia gloriæ noſtræ:hæc ſedes:hic honores gerimus:hic exercemus impia:hic opes cupimus &c. Nonius Marcellus in primis uocibus. Stigmatias ueteres punctos a notis dici uoluerunt.

Patet itaq; pũctos rarius(qa bis tm̃ legiť)q̃ pũcta dici:ſi tamen uallę occurriſſet nõ ṗtermiſiſſet plinianum exẽplum. Quod de ſequentibus iudico dicẽdum. Aſcenſius

¶ Lau.lib.vi.c.lx.

Corrumpere eſt illud Vulpiane atq; pomponi linguam latinam:non adiuuare. Quis unq̃ dixit quot diebus:& non potius quotidie?quis etiam quot menſibus:& non ſingulis menſibus?

¶ Man.Tit.xlviii.

Sicuti quotãnis dr̃ pro ſingulis annis:ita & qđ diebus & quot mẽſibꝰ p ſingulis diebus mẽſibuſue dici põt. Vñ Cato in re ruſtica.c.xliiii.ſic ait. Si uoles uinea cito creſcat:& olea quã ſeueris:ſemel in mẽſe ſarrito ſulcos:& circũ capita oleaginea quot mẽſibus(donec trime erũt)fodere oportet:eodẽ mõ cæteras arbores procurato. & Plautus in ſticho inqt. Vos meminiſtis quot kalẽdis petere demẽſum cibũ. Q ui minus meminiſtis qđ opus ſit facto facere in edibus. Varro ṗterea de lĩgua latina ubi de uia ſacra loquiť ſic ait. Q uæ ſacra quot menſibus feruntur in arcẽ. Apuleius lib.xi. Quot dies obibam culturę ſacrorum myſterium.

Hæc hactenus Nicolae rubee doctorum antiſtes mihi notãda:curſim nãq; laurẽtii opus perlegimus:occurrerũt. Siqua alia forte occurrẽt iis adiiciemus. Poterũt quoq; alii linguæ latinæ ſtudioſiſſimi plura forſitã dep̃hendere. Tu uero hæc q̃ualiacũq; a nobis primũ aĩaduerſa hilari frõte ſuſcipies. Viue & Vale Meq; ut facis Ama. Datum Venetiis Prid.kalen. Februarii. M.ccccxci.

¶ Finis limæ in Vallam.

¶ Antonius Mancinellus generoſiſſimo adoleſcenti Hieronymo Omphredi Iuſtiniano:Patritio Veneto:protonotario Apoſtolico:Archidiacono Concordienſi. Rhetoricen ad Herennium eſſe Ciceronis.

AQ uo uerba in ordinem primum redacta, Vbinã primus orator. Vbiue monumẽtis & literis primũ cõmiſſa oratio, Q uis orõnẽ primus olum ſcripſit, Q uis oratoriç cãpos primus aperuit:& plura huiuſmodi:ſcriberem hoc loco Hieronyme benigniſſime: niſi iãpridem in ſcribẽdi orandiq; modo ſatis(ut noſti) aperuiſſem. Itaq; illis omiſſis oſtendam Rhetoricen ad Herenniũ.M. Tullii Ciceronis non alterius(ut qdã uulgo crẽdunt)eſſe. Id aũt ipſius Tullii uerbis patebit argumẽto firmiſſimo. Scribit.n.ṗmo ad Herẽniũ libro:ubi de ueriſſili narratiõe mẽinit:hmõi uerba. Adhuc q̃ dicta ſũt arbitror mihi cõſtare

cum cæteris artis ſcriptoribus: niſi qa de inſtitutionibus nos noua excogitauimus q̄ eas ſoli nos præter cæteros in tria tēpora diuiſimus: ut plane certam uiam & perſpicuam rōnem exordiorꝝ haberemus. Hæc ille. In Rhetoricis item de inuē/tione. unde hæc ad Herēnium (ut patet) maxima ex parte ferme excerpta eſt, Inſinuatio in tria quoq; tēpora diuiſa eſt. Scribit enim in illis ita. Nūc inſinuationes quēadmodum tractari conueniat deinceps dicēdum uidet̃. Inſinuatione igitur utendum eſt: quum admirabile genus cauſæ eſt: hoc eſt (ut ante diximus) quum animus auditoris infenſus eſt. Id aūt tribus ex cauſis maxime fit. Si aut ineſt in ipſa cauſa quædam turpitudo. Aut ſi ab his qui ante dixerunt iā quiddam audi/tori perſuaſum uidetur. Aut ſi eo tēpore locus dicendi datur: quum iam illi. quos audire oportet: defeſſi ſunt audiendo & cætera. Audebunt ne iam amplius Ci/ceronis eſſe Rhetoricē ad Herēnium negare? Præterea in opere ipſo ad Heren/nium inquit. Deinceps de inſinuatione aperiendum eſt. In Rhetoricis uero de inuētione idem fere: ſic enim ait. Nunc inſinuationes quēadmodum tractari con/ueniat deinceps dicendum uidet̃. Ciceronis ergo Rhetoricen ad Herennium eē quid dubitant? De. C. autem Herēnio Saluſtius etiam meminit. Aulus Gellius enim libro nono cap. xx. ita ſcribit. Saluſtius quoq; ꝓprietatum in uerbis retinen/tiſſimus cōſuetudini cōceſſit: & priuilegium quod de Cn. Pōpeii reditu ferebat̃, legem appellauit. Verba ex ſecūda eius hiſtoria hæc ſunt. Nam Syllam conſulē de reditu eius legem ferentem ex cōpoſito Tribunus plebis. C. Herēnius ꝓhi/buerat. Hæc ille. Quod item argumētum eſt Ciceronis eſſe Rhetoricē ipſam ad Herēnium. Cum eodem fuerint tēpore: Hereniorūq; domus amiciſſima Cice/roni. Nam in oratione pro. M. Cælio ita ſcribit. Animaduerti enim iudices audi/ri a uobis meum familiarem. L. Herēnium perattēte & cætera. Eſt & aliud argu/mētum: quum ait. Et ſi negociis familiaribus impediti uix ſatis ocium ſtudio ſup/peditare poſſumus: & id ipſum quod dat̃ ocii libētius in philoſophia conſumere conſueuimus & cætera. Solet enim Marcus Tullius Cicero ſæpe idem fere ſuis libris iſerere. Vnde in prologo Tuſc. quæſtionū ait idem pene: nā ita incipit. Cū defenſionum laboribus ſenatoriiſq; muneribus, aut omnino, aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus. retuli me Brute: te hortāte maxime: ad ea ſtudia quę retēta animo: remiſſa tēporibus: longo interuallo intermiſſa reuocaui. Et paulo i/ferius. Philoſophia latuit uſq; ad hāc ætatem: nec ullum habuit lumen literarꝫ la/tinarꝫ & excitanda nobis eſt: ut ſi occupati ꝓfuimus aliquid ciuibus noſtris: pro/ſimus etiā (ſi poſſumus) ocioſi &c. Libro item quarto ad Lētulum in epi. ad Ser/uium Sulpitium ſic. Non amicorꝫ negociis: non reip. procuratione impediebant̃ cogitationes meæ. In ſeptima quoq; philippica ita. Omne enim curriculum indu/ſtriæ noſtræ in foro, in curia, in amicorꝫ periculis propulſandis elaboratum eſt. Patet ne iam Rhetoricen ad Herēnium Ciceronis eſſe? ita quidem. Taceo autē Priſcianum & eo antiquiorem Hiero. ſanctum: pluresq; alios: qui ſæpius Cice/ronem ad Herēnium citāt. Taceo itē illud: q̄d ipſemet Cicero ad Herēnium li. pri. a ſeipſo exēplum ducēs ſic ait. Paterfamilias quū filium hæredē teſtamēto fa/ceret: uaſa argētea uxori legauit: hoc modo. Tullius hæres meus, Terētiæ uxori meæ Triginta pondo uaſorꝫ argenteorꝫ dato quæ uolet. Poſt mortem eius uaſa precioſa & cælata magnifice illa petit. Tullius ſe quæ ipſe uolet in triginta pōdo ei debere dicit. Cōſtituto ex ambiguo &c. itaq; nō ne & hoc firmiſſimū eſt argu/mētum: & illi primo cōueniens? Si enim alius a Cicerone Rhetoricen ad Herē/nium

alium ſcripſiſſet: nunq̃ profecto nec Tullii nec Terentiæ meminiſſet. Cũ tñ oſtẽdimus de iſinuatione dixerit illa. Adhuc q̃ dicta ſunt arbitror mihi ↄſtare cũ cæteris artis ſcriptoribus: niſi q̃a de iſinuationib⁹ nos noua excogitauimus &c. Q ue q̃dẽ Cic. prius ſcripſerat. Nõ meminiſſet inq̃: Nec Tulli: nec Terẽtiæ: ne furtũ illud potiſſimũ deprehenderet̃: quũ ſibi Ciceronis iuenta de iſinuatiõe aſſumpſiſſet: ut plurima ex illo eodẽ opere. Q d̃ ut mihi credat̃ A gedum q̃ſo HIERCnyme generoſiſſime paſſim p̃cepta illa de iuentione cum p̃ceptis ad Herẽnium ↄferas. Videbis enim ſæpiſſime eadẽ uerba in eiſdẽ clauſulis poſita: p̃ceptaq́ eadẽ. Quæ q̃dem ſi cũ noſtris uigiliis ſæpe relegeris: IVSTIniane mi humaniſſime: quã tibi natura tribuit eloquẽtiam ſplendidiorẽ locupletioreq́ reddes facillime. Eſt eni in te acumẽ ingenii pſpicax. Eſt ille memoriæ duplex effectus. Facile nãq́ percipis. fidelr ↄtines q̃cũq́ ſemel acceperis. Eſt idẽ rer̃ multar̃ cognitio. Accedit naturale decoris munus. Accedũt mores q̃optimi. Q uis eni te pbitate: grãa: ↄtinẽtia. modeſtia: pietate: religione iter æquevos pſtantior? felices igit̃ tali filio parẽtes: felices amici: felix & pr̃ia. Q d̃ aũt cõmentariolus iſte ad primi duntaxat uoluminis calcẽ peruenerit: nulla eſt alia cã: niſi q̃a dum opus id Romæ publice pfitebar: añ diẽ reliq̃ puĩciã Venetias petiturus: nec ulterius addere licuit. Quãtos enim labores (ut pr̃ia ſaltẽ cõmentarior̃ enim eor̃ in Iuuenalẽ & Horatium Flaccũ editio emẽdatior uagaret̃) ſum paſſus: & in aliis itẽ opuſculis: te fugit minime. Scito aũt uoluminũ quatuor primũ eẽ difficillimũ: quo circa maiori cura, maioriq́ ſtudio opus fuit. In reliq̃s ubi occaſio dabit̃ aliq̃d op̃ę noſtræ adiiciẽt. Adde ulterius anteq̃ iſtæc collegiſſem, uidiſſe me cõmẽtarios quoſdã ſine certo auctoris noĩe: q̃bus quũ multa meo Marte tũ noua, tũ neceſſaria addi poſſe uiderẽ eo libẽtius in Romano gymnaſio rhetoricen ad Herẽniũ pfitebar. Hic q̃cũq́ eo tpe legẽti mihi oblata ſunt: & in libello notata: nũc imp̃ſſoribus trado. Sæpe.n. Vir egregius Anto. moretus Brixi. pitus q̃dẽ: & cui ſtudioſi oẽs ob eius i iprimẽdis libris curã & ſtudiũ debẽt, illa & ſi minime ad opis finẽ puenerãt a me petiit Itaq́ & amico & occaſiõi ſatiſfacere uolui. Nã ppediẽ Venetiis ſoluã, patriã, ↄiugẽ, filios reuiſurus: iã triẽniũ abſens. Tibi aũt cõmentariolũ iſtũ HIERCnyme gratioſiſſime dedico. Tuo erga me aio: meaq́ i te beniuolẽtia mot⁹. Vale & Salue, Mãcinelliq́ tuũ (ut facis) Ama. Datũ Venetiis. viii. idus nouẽb. M.cccc.xciii.

Tituli uoluminis primi Rhetorices ad Herẽnium.

De Oratoris officio. Tit. primo.
De tribus cãrũ generibus. Ti. ii.
De q̃nq́ reb⁹: ſeu officiis oratoris. t. iii.
De ſex partibus inuentionis. Tit. iiii.
De quatuor cauſar̃ generibus. Tit. v.
De exordio. Titulo. vi.
De exordio ſ̃z cãę gen⁹ & q̃litatẽ. t. vii.
De docilitate: & Attẽtione. Tit. viii.
De beniuolẽtia a nr̃a pſona. Tit. ix.
De bẽiuolẽtia ab adũſarior̃ pſona. t. x.
De beniuolẽtia ab auditor̃ pſona. t. xi.
De beniuolẽtia ab rebus ipſis. Tit. xii.
De inſinuatione. Titulo. xiii.
De iſĩoua. ſi pſuaſus auditor fue. t. xiiii.
De iſin. ſi d̃feſſ⁹ ẽ iudex audiẽdo. t. xv.
De inſinuatiõe & pncipii dr̃ia. Tit. xvi.
De principio exordiẽdæ cãæ. Ti. xvii.
De uitioſo exordio. Tit. xviii.
De trib⁹ narrationũ generibus. Ti. xix.
De ſecũdo genere narrationũ. Tit. xx.
De tertio narrationũ genere. Tit. xxi.
De breui narratione. Tit. xxii.
De dilucida narratione. Tit. xxiii.
De uериſimili narratione. Tit. xxiiii.
De cauſar̃ diuiſione. Tit. xxv.
De ↄfirmatione: & ↄfutatione. ti. xxvi.
De conſtitutione. Titulo. xxvii.
De iuridiciali. Titulo. xxviii.

Ant. Manciuelli Commentarioliis in Rhetoricen ad Herēnium: Ad Hieronymum Omphredi Iuſtinianum: Patritium Venetum: Protonotarium Apoſtolicum: Archidiaconum Concordienſem.

ET ſi negociis familiaribus impediti. Primum beniuolētiam captat a perſona ſua: oñdit. n. q̄lis fuerit in amicos: quū dicit ſe negociis familiaribus impeditū fuiſſe. Q uū etiā pfert q̄q incōmoda. quæq; difficultates circa ſtudiū ſuum eſſent (Nā uix ſatis ociū illi ſuppeditare poterat) Demū in ſtātibus quoq; difficultatibus amico obſeq uelle oñdit. Captat beniuolētiā ab auditoris pſona: quū dicit illū nō ſine cā Rhetoricē cognoſcere uoluiſſe. Inde ab rebus ipſis: laudādo. n. extollit ſillas: nam inqt in ſe nō paꝝ fructus hēre dicēdi copiam, commoditatēq; orōnis. Docilem poſtea reddit auditorē, ibi. Q uas ob res. Oſtendit. qppe ſe neceſſaria tm̄ copiæ dicēdi ſcriptuꝝ. Poſtremo attētū facit, ibi. Nūc ne nimium lōga ſumat̄ oratio. Pollicet̄ nanq; tātam de re ipſa dicere. ¶ Et ſi. Coniunctio eſt aduerſatiua: eſt aūt aduerſatiua: quæ aduerſum cōuenienti ſignificat: uīſ ſe impeditū oñdit negociis familiaribus ita: ut ſtudio uacare uix poſſit. ¶ Et ſi negociis. Ordo eſt. O Cai Herēni uolūtas tua cōmouit nos: ut de rōne dicēdi conſcriberemus: ne aut tua cā noluiſſe: aut fugiſſe nos laborē putares. ¶ Et ſi negociis familiaribus impediti &c. Quotiens enim inſunt Q uāuis, Licet, Et ſi, Q uanq̄, ſimiliaq;: & Tamen. Nimiꝝ a uerbo cui adhærebat tm̄: ipſo tamen excuſſo: incipiēda eſt ↄſtrui oratio. quod iccirco in ligatura & quaſi iunctura orationis inſertum eſt: quia oratio unde nō debuerat, inceperat. quod ſi principali uerbo cepiſſet: ſuperuacuum fuiſſet inſerere, tm̄. Tunc igit̄ quum recte inchoat̄ illam dictionem ut ſuperfluam: quaſi functam officio ſuo: debemus abiicere. ¶ Negociis familiaribus. Actionibus cauſaꝝ: & defenſionibus amicoꝝ. Ait enim lib. iiii. epiſtola ad Seruiū Sulpitium. Non amicoꝝ negociis: nō reip. pcuratione impediebant̄ cogitationes meæ. Et Philippica ſeptima inqt. Oē. n. curriculū induſtriæ nr̄æ in foro, in curia, in amicoꝝ periculis ppulſandis elaboratū eſt. In fine etiam libri pmi ad Herēnium illa ſcribit. Et ſi quo tardius hæc q̄ ſtudes abſoluent̄: cum reꝝ magnitudini tū nr̄is quoq; occupationibus aſſignare debebis. ¶ Negociis. Negociū dictum q̄ nō ſit ocium: ut ſcribit Feſtus. Vt uero Fabius lib. iii. ait. ſic finit Apollodorus. Negociū eſt ↄgregatio perſonaꝝ, locoꝝ, tēpoꝝ, cauſaꝝ, factoꝝ, inſtrumentoꝝ, ſermonum ſcriptoꝝ & nō ſcriptoꝝ. ¶ Familiaribus. Familiares ex eadē familia dicebantur olim: ut ſcribit Feſtus. Amicus aūt familiaris & neceſſarius quo pacto differāt. M. Cic. in orōne pro rege Deiotaro pādit his uerbis. Laboro eq̄dē regis Deiotari cauſa: quo cū mihi amicitia populi ro. cōciliauit hoſpitiū: Voluntas utriuſq; cōiunxit: Familiaritatē ↄſuetudo attulit: ſūmam uero neceſſitudinem magna eius officia in me & in exercitū meum effecerūt &c. ¶ Ociū. Q uietem, occaſionem & tēporis oportunitatem: uacationēq; a labore. Cic. aūt lib. v. tuſc. ait. Q uid eſt enim dulcius ocio literario: ubi pro labore ſtudii ocium accepit: q̄ a his qui ſtudiis operam dant, neceſſe eſt ut nō negocioſi ſint. ¶ Studio. Studium eſt animi ad aliqd agēdū pertinacia. Vel ſtudium eſt animi ↄſenſus ad alqd utrūq;. Victorinus ſcribit lib. i. Rhe. Vbi etiam Cicero inqt. Studiū eſt animi aſſidua & uehemēs ad aliquam rē applicatam cū uolūtate occupatio: ut ph̄iæ, poeticæ, geometriæ, litteraꝝ. ¶ Suppeditare. Subminiſtrare. ¶ Poſſumus. Poſſumus p̄ntis

Indicatiui uoce in antiquis legitur & ita legendum eſt. Nam & ſi, & quãq̃ Indi
catiuũ ſemper aſciſcit: in principio. ſ. orõnum, epiſtolaꝝ, libroꝝ. Quãuis & licet
in hoc loco raro: in cæteris oĩa indifferenter. ¶ In p̃hia. Moralem intelligit: quæ
oratori ualde eſt neceſſaria. Itaq; niſi eã tenuerit: nihil in quo magnus eẽ poſſit,
habebit. Fabius item. lib. ii. ait. q̃ Rhetorice locũ in Ethice negocialẽ aſſignant. i.
Pragmaticõ. Et Cice. li. pri. Tuſc. P̃hiam ſtudiũ ſapientiæ interpretaẽ. Et lib. v.
eiuſdem operis. Philoſophos ſapientiæ ſtudioſos appellat. Vbi etiam de p̃hia ſic
ait. O uitæ philoſophia dux. O uirtutis indagatrix, expultrixq; uitioꝝ. Quid nõ
modo nos: ſed oĩno uita hominum ſine te eſſe potuiſſet? Tu urbes peperiſti. Tu
diſſipatos hoĩes in ſocietatem uitæ conuocaſti. Tu eos inter ſe primo domiciliis:
deinde cõiugiis: tum litteraꝝ & uocum coniunctione iunxiſti. Tu inuentrix le-
gũ. Tu magiſtra moꝝ & diſciplina fuiſti. Ad te cõfugimus. A te opem petimus.
Tibi nos (ut antea) magna ex parte ſic nũc penitus totoſq; tradimus. Hæc Cic.
Qui etiã. lib. pri. Tuſc. ſic dixerat. P̃hia uero omnium mater artium qd eſt aliud
niſi (ut Plato ait) Donum: ut ego, Inuentũ Deoꝝ. Hæc nos primũ ad illoꝝ cultũ:
deinde ad ius hoĩum qđ ſitũ eſt in generis humani ſocietate: tũ ad modeſtiam,
magnitudinẽq; animi erudiuit: eadẽq; ab aĩo tãq̃ ab oculis caliginẽ diſpulit &c.
Idẽ uero li. pri. de oratore ſcribit quo mõ P̃hia in tres partes eſt diſtributa. In na-
turæ obſcuritatem. In differẽdi ſubtilitatẽ. In uitam atq; mores. Tertiũ genus in-
quit qđ ſemper oratoris fuit: niſi tenebimus: nihil oratori in quo magnus eſſe poſ
ſit, relinquemus. Macrobius etiã lib. ii. de Som. ſcribit P̃hiam triplicẽ eſſe. Mora-
lem. Naturalem & Rõnalem. Moralis eſt: quæ docet moꝝ elimatã pfectionem.
Naturalis: quæ de diuinis corporibus diſputat. Rõnalis: quũ de icorporeis ſmo
eſt: quæ mẽs ſola cõplectiẽ. Eſt aũt P̃hia: ut ſcribit Alcinous: affectio ſapientiæ: q̃
ſoluit ac reducit ad intelligibilia: ↄuertitq; nos ad ea quæ ſunt ſm ueritatẽ. ¶ Vo
luntas. Voluntas eſt: quæ quid cum ratione deſiderat: eſtq; in ſolo ſapiente. Quę
autem aduerſus rationem incitata eſt uehementius: ea libido eſt uel cupiditas ef
frenata: quę in oĩbus ſtultis inueniẽ. Auctor eſt Cicero lib. iiii. tuſ. ¶ De rõne di-
cendi. Periphraſis eſt uel interpretatio rhetorices. ¶ Cõſcriberemus. De oĩbus
partibus ſimul docẽtes. Vñ in plogo. lib. iii. ait. Neqd tibi rhetoricæ artis deeſſe
poſſit. ¶ Rhetoricã. Rhetoricẽ in latinũ tranſferentes, tum oratoriam tũ oratricẽ
noĩauerunt: ut docet Fabius li. ii. c. xv. Et lib. v. ſcribit. q̃ Rhetorice eſt benedicẽ
di ſciẽtia. Aut rhetorice eſt inueniẽdi recte & diſponendi & eloquẽdi cum firma
memoria & dignitate actionis ſciẽtia. ¶ Si recta intelligentia. Scribit Cicero in
phœmio Rhe. Sapiẽtiam ſine eloquẽtia paꝝ prodeſſe ciuitatibus: Eloquentiam
uero ſine ſapientia nimiũ obeſſe pleruq;: pdeſſe nunq̃. Fabius etiam li. xii. ſcribit
q̃ ſi uis illa dicendi malitiam iſtruxerit nihil ſit publicis priuatiſq; rebus pernicio
ſius eloquentia. Intelligẽtia aũt: ut Cicero circa finem Rhe. docet: eſt per quã ani
mus ea perſpicit quæ ſunt: eſt. n. una pars prudẽtiæ. Prudẽtia uero eſt reꝝ bona
rũ & malaꝝ ſcia: partes eius Memoria. Intelligentia. Prouidentia. Memoria eſt:
per quam aĩus repetit illa quæ fuerunt. Intelligentia eſt &c. ut diximus. Prouidẽ
tia eſt per quam futuꝝ aliqd uideẽ ante q̃ factũ eſt. ¶ Diffinita. Certa. ¶ Quas
ob res. Docilẽ facit auditorẽ oñdens ſe neceſſaria tũ copię dicẽdi ſcriptuꝝ. ¶ Ar
rogãtiæ. Arrogans pclara & ea q̃ nõ iſunt & maiora q̃ iſunt fingere ſibi uẽ. Diſſi
mulator aũt ↄtra negare quæ ſibi iſunt aut iminuere ſolet. Ita iterp̃taẽ li. iiii. Eth.
Ariſtotelis argyropylus. ¶ Vt ars. Diuidiẽ rhetorice in artẽ, artificẽ, & opus. Ars

eſt q̄ diſciplina ꝑcipi debet:ea eſt benedicendi ſciētia. Artifex eſt qui ꝑcipit hāc
artem.i.orator:cuius eſt ſūma benedicere. Opus:quod efficit ab artifice.i.bona
oratio. Hæc Fabius li.ii.ſcribit. ¶ Rōnem dicēdi. Rhetorices diffinitio. ¶ Quæ
ſtꝰ. Lucri. ¶ Gloria. Gloria eſt illuſtris ac ꝑuagata:uel in ſuos ciues:uel i patriā:
uel in omne genus hoium fama meritoꝝ. Auctor Ci.in oratione p.M.Marcel/
lo. Idem uero li.ii.Rh.ſic ait, Gloria eſt frequēs de aliquo fama cū laude. ¶ Nō
enim ſpe q̄ſtus. Beniuolū maxime erga Herēniū auctor ſe hic oſtēdit:cū nō quę
ſtus:non gloriæ cā ſcripſerit,ſed dūtaxat uti amico obſequeret. ¶ Induſtria. Cu/
ra,labore,ſtudio. ¶ Morem geramus. Obſequamur. ¶ Nūc ne nimiū. Attentū
facit auditorē:pollicet enim iamiam de re dicere. ¶ Sed. Supple de re dicere in/
cipiemus. ¶ Artē ſine aſſiduitate dicēdi. Multo labore:aſſiduo ſtudio:uaria ex/
ercitatione:plurimis experimentis:altiſſima prudētia:ꝑſentiſſimo conſilio cōſtat
ars dicēdi.ut ſcribit Fabius li.ii. ¶ Rōnem. Cauſa eſt q̄ nos impingit ad aliquid
faciendū. Rō autem qua utimur in faciendo, Seruius auctor in arte. Victorinus
uero li.pri.Rh.ſic ait. Cauſa eſt animi ipulſus ad aliquid agendū. Ratio eſt gerē
dorum ordo ex cauſa ueniētiū:ut quid quo loco facias ac dicas,intelligas. ¶ Præ
ceptionis diſciplinę. Præcepta.n.& ꝑceptiones idifferēter p diſciplina ponimus.
¶ Accomodari. Adiūgi. Virg.li.ii.Æn. Laterię Argiuū accōmodat enſem.

¶ De Oratoris officio. Tit.i.

¶ Oratoris offm̄. Orator eſt uir bonus dicendi peritus.ut.M. Cato diffinit:au/
ctore Fabio li.xii. Vir bonus autem cōſiſtit natura:moribus:uita:artibus. Dicen/
di peritus ꝯſiſtit artificioſa eloquētia:q̄ cōſtat ptibus qnq;. Inuētione. Diſpoſitio/
ne. Elocutione. Memoria. Pronūciatiōe.& fine officii:qd eſt aliqd ꝑſuadere. Vt
q; Ci.li.i.de Oratore ſcribit. Is orator erit:q quęcūq; res iciderit.q̄ ſit dictiōe ex/
plicāda:prudēter & cōpoſite & ornate & memoriter dicet cū quadā actionis ēt
dignitate. At Victorinus inqt. Orator eſt q in cauſis priuatis ac publicis plena &
ꝑfecta utit eloquētia. Rhetor eſt q docet lr̄as atq; artes:traditor eloquentiæ. So
phiſta eſt apud quē dicendi exercitiū diſcit. ¶ Offm̄ eſt. Offm̄ dicit quaſi efficiū,
ab efficiēdo:qd unicuiq; ꝑſonæ cōgruit:ut Donatus in Adelphis iquit. Hinc Vi
ctorinꝰ ait.offm̄ eſt qd ex legibꝫ uel ex natura neceſſe eſt nos iplere. ¶ De his re
bus poſſe dicere. Ci.li.i.de Oratore ait. Oratorē plenū atq; perfectū eſſe eū:qui
de oibus rebus poſſit copioſe uarieq; dicere. Fabius etiā li.ii.ſcribit.ꝙ uis orato/
ris ꝓfeſſioq; ipſa bn̄dicendi,hoc ſuſcipere ac polliceri uidet:ut omni de re q̄cūq;
ſit propoſita ornate ab eo copioſeq; dicat. ¶ Dicere. Scribit Ci.in Brutō. Dicere
ꝓprie eſſe oratoꝝ:loq uero dialecticoꝝ. Et de claris oratoribꝰ iquit.ꝙ ſunt duæ
ſummæ in oratore laudes. Vna ſubtiliter diſputādi ad docendū:altera grauiter
agēdi ad animos audientiū permouendos. ¶ Ad uſum ciuilē. Ad ciuiū utilitatē.
Li.etiā.pri.Rhe.ait. Oratoriā facultatē ciuilis ſcientiæ partem eſſe. ¶ Moribus
& legibus. Mos eſt inſtitutum patrum ꝑtinens maxime ad religionem, cerimo/
niaſq; Deorum antiquoꝝ:auctore Feſto. Lex autem eſt ratio ſumma iſita in na/
tura:quæ iubet ea q̄ facienda ſunt:prohibetq; contraria.ut Tullius lib.i.de legi/
bus inquit. Secundo uero ait. Conſtat profecto ad ſalutem ciuium,ciui tātumq;
incolumitatem,uitamq; omniū quietam & beatam conditas eſſe leges. ¶ Aſſen
ſione.i.conſenſu. ¶ Quoad eius fieri poterit. Quantum in ea re. Gellius quoq;
lib.xiii.in principio ſic ait. Capita autem locoꝝ argumētorumq;:quibus uſus eſt
quoad eius meminiſſe potui egreſſus ibi ex auditione propere annotaui.

¶ De Tribus cauſarum generibus. Tit. ii.

¶ Tria ſunt genera cauſaꝝ. Phs etiã in Rhe. ad Ale. ſic ait. Tria ſunt genera ciuiliũ cauſaꝝ. Deliberatiuũ. Demõſtratiuum. Iudiciale. Hoꝝ aũt ſpẽs ſunt ſeptẽ. Suaſio. Diſſuaſio. Laus. Vituperatio. Accuſatio. Defenſio & q̃ſtio. In quibus oĩs uerſat oĩo. ¶ Cauſaꝝ. Cã eſt negocium oĩbus ſuis partibus ſpectans ad q̃ſtionem. Aut cã eſt negociũ cuius finis eſt ɔtrouerſia: ſic finit Apolodorus: ut ſcribit Fabius lib. iii. Hermagoras uero cãm eſſe dicit rẽ: quæ hẽt in ſe controuerſiam in dicẽdo poſitam: cũ certaꝝ perſonaꝝ ĩterpoſitione: auctor Cic. ii. pri Rhe. ¶ Demõſtratiuũ. Id etiã laudatiuũ Fab. li. iii. appellat. ¶ Perſonæ. Perſona eſt rõnalis ſubſtãtia q̃ ſermo explet: ut ſcribit Diomedes. ¶ Laudem. Laus eſt expoſitio bonoꝝ: quæ alicui accidũt perſonæ: uel cõiter uel priuatim. Cõiter: ut laus hoĩs. Priuatim uero: ut laus Socratis. Priſ. auctor ex Hermogene. ¶ In ɔſultatione. In deliberatione uel qõne ĩfinita. Oĩs. n. oratio eſt aut de ĩfinitæ rei qõne ſine deſignatione perſonaꝝ aut tẽpoꝝ: aut de re certis in pſonis ac temporibus locata. In utraq; aũt re q̃cquid in cõtrouerſiam ueniat in eo quæri ſolet: aut factũ ne ſit: aut ſi eſt factum quale ſit: aut etiã quo noĩe uocet: aut (qđ nõnulli addunt) rectũ ne factum eſſe uideat. Hæc ſcribit Cic. lib. i. de oratore. Cõſultare uero eſt deliberare & aliqđ petere: niſi enim adſit q cõſilium petat: q cõſilium det nõ eſt deliberatio ſiue cõſultatio. Conſultare igit quum altera pars petit: altera dat cõſilium. Quæſtio aũt duas partis hẽt. Infinitam, quam cõſultationem: & diffinitam, quã controuerſiam noĩat Cicero in partitionibus. Et in Thopicis ait. ꝙ quæſtionum duo ſunt genera. Vnum cognitionis. alteꝝ actionis. Cognitionis ſunt hæ quarũ finis eſt ſcientia. ut ſi quærat, Natura ne ius pfectum ſit: an ab aliqua quaſi cõditione hoĩum & pactione. Actionis aũt huiuſmodi exẽpla ſunt. Sit ne ſapiẽtis ad remp. accedere. Hæc & plura de Quæſtione Cice. in Thopicis. ¶ Suaſionem & diſſuaſionem. Suaſio eſt ad aliqđ eligẽdum: aut dicẽdum: agẽdumue exhortatio. Diſſuaſio uero ne quid eligat: aut dicatur: agaturue dehortatio. Ita ſcribit interpres Ariſtotelis philoſophus in Rhe. ad Alexãdrum. ¶ In cõtrouerſia. In quæſtiõe diffinita. ¶ Accuſationem aut petitionẽ. Accuſatio eſt iniuriaꝝ delictorũq; expoſitio. Defenſio aũt eſt delictoꝝ & iniuriaꝝ: quæ uel in accuſationẽ: uel in ſuſpitionẽ uenerint diſſolutio. Vt legit apud phm in Rhetorica ad Alexandrum. Petitio uero eſt quum aliquid ab reo ipſo per actorem petitur.

¶ De quinq; rebus: ſeu officiis oratoris. Tit. iii.

¶ Nũc quas res. Idem Cicero lib. ii. de Oratore ita ſcribit. Deniq; q̃nq; faciunt quaſi mẽbra eloquentiæ. Inuenire qđ dicas. Inuenta diſponere. Deinde ornare uerbis. Poſt memoriæ mãdare. Tum ad extremum agere & pnũciare. Et libro primo eiuſdẽ operis ita prius dixerat. Quũq; eſſet oĩs oratoris uis ac facultas in q̃nq; partes diſtributa: ut deberet reperire primũ qđ diceret: deĩde Inuenta non ſolũ ordine, ſed etiam momẽto quodam ac iudicio diſpẽſare & cõponere: tum ea deniq; ueſtire atq; ornare oratione: poſt memoria ſepire: ad extremũ agere cum dignitate & uenuſtate. De diſpoſitione & reliquis late inferius ſuo loco tractabitur. ¶ Idoneoꝝ uerboꝝ. Verboꝝ ea ſunt maxime pbabilia: quæ ſenſum animi noſtri maxime pmunt: atq; in animis iudiciũ qđ nos uolumus efficiunt, ut Fab. lib. viii. inq̃t ¶ Sẽtentiaꝝ idoneaꝝ ſupple. Sentẽtia aũt eſt aduerſus res omnis opinionis ppriæ declaratio: ut interpres phĩ in Rhe. ad Alex. ait Fabius itẽ libro viii. ſcribit. Sententiã ueteres quod animo ſenſiſſent uocaſſe: unde & iuraturi ex

animi noſtri ſententia:& gratulantes ex ſententia dicimus. Priſcianus autem ex
Hermogene ait. Snia eſt oratio generalem pnūciationem hñs:hortans aliquam
rem uel deterrẽs.i.dehortãs:uel demõſtrãs quale ſit aliqd.tu uero latius de hac
uideto iferius:ubi de dignitate tractaẗ.Fab.lib.x.ſcribit.Sentẽtiam eſſe decretū
quoddã atq3 pceptum:qd de re.i.de iudicio rei quæri põt. Et li.iiii.ad Heren-
nium legiẗ ita. Snia eſt oratio ſumpta de uita:quæ aut qd ſit:aut quid eſſe cpor-
teat in uita breuiter oñdit.hoc pacto.Difficile eſt primū uirtutes reuereri:q ſem-
per fortuna ſecūda ſit uſus.Itẽ liber eſt is exiſtimandus:q nulli turpitudini ſeruit.
¶ Accõmodatio. Adiectio. ¶ Memoria. De hac Cic.lib.pri.de Oratore ſic ait.
Quid dicam de Theſauro rerꝝ omnium memoria:quæ niſi cuſtos inuẽtis, cogi-
tatiſq3 uerbis & rebus adhibeaẗ:intelligimus oia etiam ſi præclariſſima fuerit in
oratore peritura. ¶ Diſpoſitionis.i.ordinis. Ordo.n.maxime lumen memoriæ
affert:qd latius explicabiẗ inferius ſuo loco. ¶ Pronūciatio. Actio quæ in dicẽdo
una dominaẗ:de qua plenius ſuo loco habeẗ. ¶ Vocis:uultus:geſtus. Affectus
oĩs langueſcãt neceſſe eſt:niſi uoce:uultu:totus ppe habitus corporis inardeſcat.
ut Fabius inqt lib.xi. Dñatur autem in pnūciatiõe maxime uultus, Decor quoq3
a geſtu atq3 a motu uenit. ¶ Moderatio. Tẽperantia. ¶ Cum uenuſtate. Cū de-
coro:dignitate:gratia & Venere.ab Venere enim uenuſtas diciẗ.Nam Cice.lib.
pri.Offi.tradit pulchritudinis duo genera:quorꝝ in altero Venuſtas ſit, in altero
Dignitas.Venuſtatem muliebrẽ ducere debemus inqt:Dignitatẽ uirilem. ¶ Præ-
ceptio.Diſciplina. ¶ Cum diligẽti ratione.Exactiſſimo.n.iudicio circa imitatio-
nem examinãda ſunt omnia.Primū quos imitemur:nã ſunt plurimi q ſimilitudi-
nem peſſimi cuiuſq3 & corruptiſſimi cõcupierit. Tū in ipſis quos elegerimus qd
ſit:quod nobis efficiẽdum cõparemus.Nam in magnis auctoribus incidunt aliq̃
uitioſa:& a doctis inter ipos etiam mutuo rephenſa.Ergo primum eſt:quod imi-
taturus eſt quiſq3 intelligat:& quare bonum ſit,ſciat. Tū in ſuſcipiendo onere cõ-
ſulat uires ſuas:nam quædã ſunt inimitabilia:qbus aut firmitas naturæ nõ ſuffi-
cit:aut diuerſitas repugnat.Id Fabius ſcribit libro decimo.

¶ De Sex partibus inuentionis. Tit.iiii.

¶ Narratio:inqt Fabius lib.iiii.eſt rei factæ:aut ut factæ utilis ad pſuadendum
expoſitio. Cice.uero in ptitionibus ſic.Narratio eſt rerꝝ explicatio:& qdã q̃ſi ſe-
des & fundamẽtū cõſtituẽdæ fidei. ¶ Proinde ut.i.ueluti.Nõ.n.tm illa narrant
quæ geſta ſunt:ſed ẽt illa q̃ nõ geſta ſūt,aūt geri potuerūt. ¶ Quid in cõtrouerſia
ſit.Oẽ qd in ɔtrouerſiã uenit:id aut ſit,aut ne ſit,aut qd ſit,aut q̃le ſit q̃riẗ:ut Cic.
tradit in partitionib⁹.Superius aūt diximus cõtrouerſiam eſſe q̃ſtionis ptẽ diffi-
nitã. ¶ Acturi.Dicturi. ¶ Argumẽtorꝝ.Eſt Argumẽtum rõ pbationẽ pſtãs qua
colligiẗ aliud p aliud:& q qd eſt dubiū p id qd dubiū nõ eſt,ɔfirmat. Fab.id li.
y.Ci.itẽ in topicis ſic.Argumẽtū rõ eſt q̃ rei dubiæ faciat fidẽ. Et in partitionib⁹
ita.Argumẽtum eſt pbabile inuẽtū ad faciẽdã fidem. ¶ Cū aſſeueratione. Aſſe-
uerare eſt inter ipſa argumẽta pbationeſq3 admiſcere uim motūq3 animi. ¶ Cõ-
trariorꝝ locorꝝ.Dicunẗ loci ex qbus argumẽta eruunẗ:ex qbus item oia ad omnẽ
orõnẽ inuẽta ducunẗ.Vt Cic.li.ii.de Oratore ſcribit.Idẽ quoq3 ad Brutū de per-
fecto oratore.locos q̃ſi argumentorꝝ notas appellat,Vnde ois in utranq3 partem
trahiẗ oratio.Et in Topicis inqt,ꝙ quū peruestigare Argumẽtum aliquod uolu-
mus locos noſſe debemus:ſic.n.appellatæ ab Ariſtotele ſunt eæ:quaſi ſedes e q-
bus argumẽta promunẗ.Itaq3 licet diffinire ait locum eſſe argumẽti ſedem.

¶ De Quatuor cauſa℞ generibus. Tit. y.

